id est.angelus euaginato gladio.et volebat occidere moysen.scz qz vxorem ducebat et filios ꝓtra voluntatē dei.essent enī impedimēto. Vel qz puerū ducebat q̄ incircūcisꝰ erat. Alterū forte iā circūciderat moyses. Nō ei credendū est illis q̄ dicūt alterū remānsisse cū ietro.cū supra ait.liberos. Tulit ilico sephora acutissimā petrā.et circūcidit ꝑpuciū filij sui.tetigitqz pedes eiꝰ z ait. Sponsus sanguinū tu mihi es.et dimisit euz postq̄z dixerat ℞.vt ait augu⁹. Locus iste breuitate obscuratꝰ est. Ubi ergo ait.tetigit pedes eiꝰ.intelligendū est.sanguis tetigit pedes pueri vl angeli. Unde irata ait viro. Es ne mihi vir sanguinū.id est. An ex cōiugio tuo tantum scelus teneora agere.vt fundaz sanguinez filij mei. Et recessit ipa ab eo vel angelꝰ. Hebreꝰ ita habet. Et tetigit pedes eiꝰ.i.sephora moysi. Indignās ei ꝑpuciū iecit ad pedes moysi et ait. Gener sanguinū tu mihi es.i.tu generꝑis mei ideo factus es.vt esses mihi.i.carni mee in filio ad sanguinē.i.ad mortē. Vel sanguis meꝰ effusus est ad placandū angelum q̄ tibi mortē minabat. Et dimisit ā gelꝰ moysen. q̄d in hebreo patet. Tamen hebreꝰ habz Relaxauit eū ā gelꝰ. quē ꝑpus.s.vsqz ad mortem artabat. Et hinc volūt q̄dam morez circūcidēdi petrinis cultellis habuisse ꝓncipiū vel a iosue in galgalis. Tū vbi nos habemꝰ petrā.hebreꝰ habz aciem.et dicit acutissimā aciem nouaculā. Unde et iudei nouaculis circūcidunt. Fabulant q̄dam hebrei.vsqz ad dauid circūcisionē factā petra. Sz qz in deijciendo goliā.ferrū loricez galee cessit lapidi iacto.q̄ dans ei locum.deinceps cessit lapis ferro in circūcisione.

De primo ingressu ad pharaonē Cap.XI.

Habit itaqz moises solꝰ tenens vgam in manu.intrauitqz aaron dño iubente desertū synai z occurrit moysi in mōte dei.dixitqz ei moyses vba dñi z signa q̄ mādauerat. Uenerūtqz simul.et cōgregauerūt seniores israel. Locutusqz est eis aaron omīa verba dñi.et fecit signa cora eis.et credidērūt. Audito hec cum seniorib⁹ israel ingressi sūt ad pharaonem z dixerūt ad eū. Hec dicit dñs deus israel. Dimitte ꝑplm meū.vt sacrificet mihi in deserto Et ille. Nescio dñm z israel non dimittā. Et illi. Ibimꝰ viā triū dierū in solitudinē.vt sacrificemꝰ deo nostro. In quo nec ꝓtrarietas nec duplicitas intelligēda ē. Eo enī ordie forsitan ꝑplis educeret.si pharao ꝑplm dimisisset Tūc moyses ꝑm iosephum cōmemorauit ei ānta fecerat egiptijs oꝑpressis ab ethiopib⁹. et cōmemorauit labores et pericula q̄ ꝑ eis tulerat.et q̄ ꝑ eis cōdignā nō acceperit retributiōez.pariterqz q̄ sibi contingebāt in sina exposuit. Quē rex deridens seruū suū fugitiuū vocauit.et ꝓ seditiōne eū rediisse. Tunc ait rex seruis suis. Multus est ꝑplus. quanto maior.si dederitis ei requiem ab operib⁹ Et ꝑcepit ne vltra darentur eis palee ad cōficiendos lateres.que cōminute luto miscebant.vt solidiores essent lateres.vel lateres potius coquebantur ꝓ lignorum penuria in egipto.

De afflictione filiorū israhel Capitulum.XII.

Oꝑpzimebātur er/go hebrei operib⁹. nocte colligēdo paleas.et die lateres faciendo.z idē numerꝰ laterum exigebat ab eis qui et prīꝰ. Flagellatiqz sunt magistratꝰ de filijs israel. qui ꝑerant fratribus suis operantib⁹.nocte colligēdo paleas a ꝑfectis pharaonis. Magistratus enī operum hebrei erant. prefecti vero magistris egiptij. Uenerūtqz ꝑpositi filiorū israel ad pharaonem et dixerunt. Cur inique agis contra seruos tuos. Qui ait. Uacatis ocio.et ideo dicitis. Eamꝰ sacrificemꝰ dño. Ite ergo.operamini.palee nō dabuntur vobis. Cūqz egrederentur.occurrerunt moysi et aaron.z dixerunt eis. Uideat dñs iniuriā vestram in nos.et iudicet.quoniam fetere fecistis nos.i.abominabiles reddidistis cora pharaone. Et ait moyses ad dñm. Cur misisti me.vt affligeres ꝑplm istū Cui dñs. In manu robusta eiciam eos. Et adiecit. Ego sum qui apparui abrahaz et ysaac et iacob in deo oipotenti.i.qui sum omni

potens.z nomen meū adonai non indicaui eis.i.fortitudinē et potentiam ad quas pertinēt hoc nomen.sed pietatē et sapientiam.ad quas ptinēt bely et beloy Vel non indicaui sicut tibi.Apparuit enī dñs abrahe.sed moysi locutus est facie ad faciem.Et iterum. Introducam vos in terraz sup quā leuaui manū meā.i.iuraui.vt darem eam patribus vestris.ego dñs.q.d. Ita verū est hoc.sicut ego sum dñs.z est iuramenti species. Narrauit qz moyses hec omīa filijs israel.nec acquieuerūt ppter angustiam spūs. Cōnumerat aūt hic historia pncipes domoz p familas suas.sed de tribub9 tantuz.s.ruben.symeon et leui. Nobis aūt de solo leui dicere sufficiat. Filij leui fuerunt.gerson.caath.et merari Ex quibus tres familie leuitarum deriuate sunt.gersonite.caathite.merarite. Filij caath amram et isuar chore. Filij amram oīo cabeth.aaron moyses et maria. Accepit āt aaron vxorem elizabeth filiam aminadab. sororē naason.que peperit ei nadab z abiud eleazar et ithamar. Eleazar accepit vxorē de filiabus phanuel.q peperit ei phinees. Iste est moyses et aaron.quibus locutus est dominus in terra egipti. Hoc addidit esdras. vt quidam dicunt. Vel moyses de se tanqz de alio locutus est.

De mutatōe virgarū in colubrū. Cap.XIII.

Iterum locut9 est dñs ad moysen. Loquere ad pharaonez oīa q loquor tibi.et ne timeas eum. Ecce constitui te deū pharaonis.id est potentem.in ipo z in terra eius facere signa ad modum dei. Aaron erit ppheta tuus.id est.prolocutor. Nō tñ moyses de9. vel aarō ppheta. Ingressiqz sunt moises et aaron ad pharaonē. Moyses erat.lxxx.annoz.aaron lxxxiij.qñ locuti sunt ad pharaonē. Tulit ergo aaron vgam moysi.z iecit eā in terrā coram pharaone.et versa ē in colubrū. Vocauitqz pharao maleficos.et fecerūt similiter. pficientes singuli vgas suas.q verse sunt in dracones.sz deuorauit vga aaron vgas eoz Et faendū.qz magi oculos spectantiū delu debāt. Vel sm augustinū.demones discurrunt per mundum.et subito semina rerum de quibus hoc agitur afferunt.

De plagis egipti.et de aqua versa in sanguinem Cap.XIIII.Et.XV.

Nouratū est cor pharaonis.nec audiuit eos.Et ait dñs ad moysen. Egredere in occursum pharaonis.cū egrediet ad aq̄s.z dices. In hac scies.qz dñs sū. Percutiā vga aquam fluminis.z vertet in sanguinē. Pisces morient.et afflīget egipti et factū ē ita. Et percussit aaron aquaz fluminis.z versa ē in sanguinē.et fuit sāguis in omī terra egipti.i fluuijs.riuis z paludib9. Forte nō i omibus.sz i his q manabant de nilo.z in vasis domoz taz ligneis qz saxeis. Foderūt qz puteos egipti p circuitus fluminis.et inuenerūt sanguinē Fecerūtqz similiter magi amnes z mambres. Et dicūt.q allata sit aq̄ de terra iessen.quā nō percussit dñs plagis pter filios israel.q habitabāt ī ea. Tñ iosephus dicit.q hebreis fluui9 potabilis erat.licz esset mutat9. Egiptijs vero non solum colore.sz etiam sapore amaro cruorem pferebat. Unde potius videtur q alibi qz in nilo aqua fuerit in egipto. Et hec est prima plaga.qua percussit dominus egiptum septem dieb9. De qua dicit iosephus .q pharao timens pro ea et desitans hebreos abire permisit. Cumqz malum fuisset releuatum sententiaz permutauit.

De ranis Cap.XVI.

Iteruz locutus est dñs ad moysen. Ingredere ad pharaonem.et si noluerit dimittere populum .dic ad aaron .vt extendat manum

sup flumina riuos.et paludes. Et fecit sic. Et ascenderūt rane.et operuerūt terraz egipti. Que vt dicit ioseph⁹ orte in breui moriebāt et putrescentib⁹ cadauerib⁹.fetor nimis noxius exalabat ex aqua.imo q̄dam q̄si domestice domos intrātes.sepe in cibis ⁊ potib⁹ et lectis inueniebāt. Fecerūt aūt et malefici similiter. Sūt aūt tria genera ranaz.vnum fluuiale et vocale.aliud minimū. qō ⁊ calamitū ōr.qō si pisciat in os canis obmutescit. tertiū magnū est ⁊ venenosuz.q̄d rubeta ōr. et vulgo crassantiuz. Dixit ergo pharao ad eos. Orate dñm.vt auferant rane a nobis. et dimittā pplm. Et clamauit moyses ad dominū.et mortue sūt rane. Videsqz pharao q̄ data esset requies.nō dimisit eos.

¶ De ciniphib⁹. Cap.XVII

Dixitqz dominus ad moysen. Dic ad aaron. Extēde virgam.et percutte puluerez terre. et sint ciniphes ī omni terra egipti. Et factū est ita. Sūt aūt ciniphes muscе adeo subtiles.vt visum nisi acute cernētis effugiant.et corpus cui insident acerbo terebant stimulo. Fecerūt qz malefici similiter.vt educerēt ciniphes.⁊ nō potuerūt. Et dixerūt pharaoni Digit⁹ dei est hic.id est.spūs dei. Sicut eī p dexterā fili⁹.sic p digitū spūssanct⁹ solet accipi. Augustin⁹ querit quare in hoc defecerit et non in pmo vel scdo. Et dic ꝫ eē factuz adnotandū.q̄ et si pbi habuerīt noticiā pūs ⁊ filij.non tñ spūssancti. Hec tria signa facta sūt p manū aaron.q̄ sequūt.vel a dño tantū q̄dam vero p moysen.

¶ De cinomia Cap.XVIII.

Dixit ergo dominus ad moysen. Egredere ad aquas ad pharaonez.et dic ei.q̄ si noluerit dimittere pplm meū.mittā in oēm terrā egipti omne genus muscarum.⁊ faciam in die illa mirabilem terram iessen.que habebit tranquillitatem. Et factum est ita. Et venit musca grauissima in omnem terram egipti. Figurata locutio.id est.multitudo muscaruz. et expressius dictum est q̄z si pluraliter diceretur. Pro quo.lxx. posuerunt cinomia.id est.musca canina.quod et in psalmo legitur Tunc vocauit eos pharao et ait. Ite sacrificate deo vestro ī terra hac. Qui dixerunt. Non possum⁹ Abominatōes egiptiorum immolabimus. Si mactauerimus que colunt egipti coram eis.lapidibus obruent nos. Taurum enim adorabant in honorem apis. vaccaz pro ysi de.ouem p hāmone id est.quadam consueta locutione dicitur hoc.sm quaz ait augustinus. Singularis numer⁹.nescio quomodo pl⁹ significat q̄z pluralis.vt i armato milite complet. Per banc clausulam. locutio ē.notatur figura.per hāc sensus est ⁊ locutōis proprietas. Unde abominabile erat eis occidi hec vl' comedi. Et ait pharao. Ite in desertum.verum tamen longius ne abeatis. Rogate dominū pro me. Orauit moyses.et recessit musca Et iterum cor pharaonis indouratum est Pro his duobus plagis dicit iosephus. q̄ innumera multitudo pediculoz egiptijs pullulauit.ex interioribus ebulliens. quos neqz lauacris neqz medicamentorum vnguentis exterminare poterant. Multis enim plagis. pter decem famosas credibile est percussos egiptios.

¶ De morte pecorum Cap.XIX

Dixit dominus moysi. Dic pharaoni. si retinuerit pplm meū.cras inducā pestē grauē et morietur oia animātia egipti.nec q̄q̄z ō bis q̄ possidet israel morieť. Et mortua sunt animātia egipti q̄ fuerāt in domib⁹. q̄ q̄ in pascuis erāt post grādine perierunt. Vel forte determinatū nō ē.q̄ sine multo tpis intuallo forte hec facta nō sūt.et potuerūt aliunde habere iterū animātia. Pro hac et dic Josephus.q̄ bestijs multigenis quaz aspectib⁹ null⁹ occurrit.dñs regionē eoz ipleuit. q̄b⁹ ⁊ ipi p̄sumebant.et terra agricolis nudabat Et ingrauatuz ē cor pharaonis.et noluit dimittere populum.

De vlceribꝰ et vesicis. Cap.XX

Dixitq; dominꝰ ad moysen & aaron. Tollite cineres de camino. & spargat illos moyses in celũ coram pharaone. & erũt in pulueꝛem in omni terra egipti. & facti sũt in hoibꝰ & iumẽtis vlcera & vesice ebullientes. Nec poterãt ei malefici stare coram pharaone ꝓpter vulnera q̃ erant in eis & in uniuersa egipto corruptõe venientia.

De grandine. Cap.XXI.

Dixit quoq; dominus ad moysen. Vade ad pharaonem. Hec dicit dñs. Idcirco posui te vt ostenda in te fortitudinẽ meã. & narret nomẽ meum in omni terra. En pluã hac ipa hora cras talẽ grandinẽ q̃lis nõ fuit in egipto vsq; in diẽ banc. nec ei in partibꝰ yperboreis. Cõgrega que habes in agro. Homines & iumẽta & quicquid inuentum fuerit in cãpo & non domitum grando operiẽs. Qui timuit de seruis pharaonis dñm. ꝓfugere fecit suos & iumẽta in domos. Extẽditq; moyses virgã in celũ. et dedit dñs tonitrua grandinẽ & fulgura. & ignis discurrebat in terram. Et pcussit grando omnem herbam agri. & arborem cũctam q̃ fuerat in agris. & herbã et lignum regionis ꝓfregit. Ordeum lesum ẽ. quia in spica erat & linum quia folliculos germinarat. Triticum & far quia ẽ grani genꝰ frumẽto grossiora nõ sũt lesa. quia seroꝛina sunt. nec adhuc virentia. quia in spica nondum prodierant. tantũ in terra ieiunia grando nõ cecidit. Et vocauit eos pharao et ait. Peccaui etiã nũc. orate dñm ꝓ me. & dimittã vos. Egressusq; moyses ex vrbe tetendit manꝰ ad dñm. & cessauit tempestas. nec ultra stillauit pluuia super terram. Et ingrauatum est cor pharaonis.

De locustis Cap.XXII

Dixitq; dominꝰ ad moysen. Ingredere ad pharaonem. & faciã signa hec quã narres filijs et nepotibꝰ. vt sciatis quia ego sum dñs. Et ingressi dixerũt regi. Hec dicit dñs. Ecce ego inducam cras locustas in fines tuos. vt comedãt quicquid reliquum est grandini. Egressus moyses dixerũt serui pharaonis ad eum. Vsq; quo patiemur hoc scandalũ. Dimitte homines. q; perit egiptus. Et reuocatis illis. dixit pharao. Qui nã sũt qui ituri sunt ad sacrificandum. Et ait moyses. Viri et mulieres. senes et paruuli. cum ouibus et armentis. Et respondit. Cui dubium est q̃ pessime cogitetis. Non fiet ita. sed ite viri tantum hoc enim petistis. Et eiecti sunt a conspectu eius. Extendit moyses manum super terram egipti. et induxit dominus austrum die illa et nocte. Qui leuauit locustas. et sederunt innumerabiles in cunctis finibus egipti. et deuoꝛauerunt omne virens in lignis et herbis. Dicitur autem locusta quasi longa hasta. quia longioꝛa retro habet crura. Festinusq; pharao vocauit eos et ait. Peccaui in deum vestrum et in vos. Orate ꝓ tollenda peste etiam hac vice. Et egressus moyses oꝛauit dominum. Et flauit ventus ab occidente. et ꝓiecit locustam in mare rubrum. Et indurauit dominus coꝛ pharaonis. nec dimisit israhel.

De tenebris Cap.XXIII

Extenditq; moyses manum in celum et facte sunt tenebre palpabiles. vt nec videre nec moueri localiter possent egiptii. multi etiam mirabiliter compulsi sunt moꝛi. Ubicunq; autem erat israhel. lux erat. Et vocauit eos pharao et ait. Ite vniuersi. oues tantum. et armenta remaneant. Et ait moyses. Nec remanebit ex eis vngula. presertim cũ adhuc ignoꝛemus. quid debeamus immolare. Et ait pharao. Caue ne vltra faciẽ meã videas et moriaris.

De diebus egiptiacis. Cap.XXIIII.

Habit ergo moyses ad fratres suos. et dixit dominus ad eum. Adhuc vna plaga tãtã pharaonem. et dimittet vos. Notandum. qa plures fuerunt in egipto plage q̃z decem. qa exodus nõ enumerat. sz nõ fuerunt adeo graues forte. et ideo taxantur. Unde quidam dies egiptiaci dicũtur. quia in his passa est egiptus. quoꝛum duos tantum in singulis

mensibus notam⁹ ad memoriã. cuz plures forte fuerũt. ¶Nec est credẽduz. q egiptij licet astroz periti. deprehenderunt dies hos nefastos in inchoatõne opis. vel itineris. vel minutõnis. ¶Nota etiã q q̃dam egiptiozum timẽtes egiptũ pitura egressi sũt vt cycrops q̃ ingressus greciam vbem cõdidit. quã vocauit actẽ. que postea dicta est athene. quaz q̃dã grecoz diadas. q̃dam oxtomenã dixerũt Qui dict⁹ est diffres. Et est nomen egiptiũ. q̃d latine dr quasi dibomo. vl q tradidit grecis matrimoniũ maris z femie. vt ait pompeius trogus. vel bicorpor. vel ppter pceritatẽ stature. vel p virũ immẽsitate. vel p pericia vtriusqz lingue quã babuit grece z egiptie. sub q̃ pmo nata est in arce oliua Credit etiã ea dez tẽpestate egressus dionisi⁹ bach⁹ q̃ et argos condidit. z vsũ vinee grecis dedit ¶Dicit etiã diluuiũ i tessalia factũ sub deucalione. et incendiũ sub phetonte circa tempora moysi. et sub eo hercules antheũ vicit. erictoni⁹ fili⁹ vulcani currũ. et troilus primus quadrigam iunxisse ferunt. Egiptus q̃ pus mestraim. post aerea. ab egipto rege submerso egiptus dicta ẽ. Lacedemõ fili⁹ semeles lacedemoniã condidit. xantus triopalesbum Epidaurus condita et corinthus. que prius ephyra. ysis fm q̃sdam ex tbeleno epaphuz genuit. q̃ memphim condidit. cũ i secunda egipto regnaret. Vane determinans dñs plagã q̃ restabat. ait. Ingrediar in egiptuz. z morietur omẽ pmogenitũ a pmogenito pharaonis. vsqz ad pmogenituz ancille q̃ est ad molã. etiã pmogenita pecoz. ¶Apud vos vo nec mutiet canis. z petetis vasa preciosa ab egiptijs z dabũt vobis

¶De dieb⁹ azimoz et agno paschali. Cap. XXV.

¶Terum dixit dominus ad moysen. ¶Mensis iste erit vobis pmus in mensib⁹ anni. ¶Hic est aprilis. id est. lunatio aprilis. q̃ in marcio sepe inchoat. ¶Hic dr ab hebreis nisan. apud egiptios parmuti apud macedones xanticus. ¶Voluit quippe dñs iudeos a ceteris nationibus differre sicut religione et caractere circũcisionis. ita et temporis ratiõe. ¶Romani enĩ ex traditõne nume põpilij pmũ mensem ponũt ianuariũ. qz tunc incipit sol ascẽdere post solsticium biemale. arabes inchoant annum post solsticium estiuum. Congruentius videtur fieri ab hebreis i marcio. in quo et mund⁹ conditus legitur. ¶In aprili ergo cerimoniali differunt a nobis. i tempozali conueniunt nobiscũ. Et adiecit dñs. ¶Decima die mensis huius tollet domus queqz agnum. vel si non poterit agnum. saltem beduz. ¶Quod si non sufficiet numerus domus ad esum agni. assumet de domo vicina domui sue iuxta numeruz animarum que sufficiant ad esum agni. et erit masculꝰ anniculus. id est. vnius anni. sine macula. ñ q̃dem velleris. sed corporis. quod i leuitico dterminatur. ¶Si cecũ fuerit si fractũ. ꝛc. z sũptum de grege seruabitis euz in domo vsqz ad. xiiij. diem. et immolabit eũ omis multitudo filiorũ isrl. queqz dom⁹. s. suũ ad vesperã. et tinget is cuz fasciculo ysopi vtrũqz postem z superliminare sanguie. edẽtes carnes nocte illa assas igni. nec coctũ q̃d de ea aqua. aut crudum. id est. semicoctum ex festinatione. et azimos panes cum lactucis agrestibus. quaz amaritudo amaritudinez seruitutis memorareti sempiternum. Caput cum intestinis vorabitis et pedibus. ¶Si quid residuum fuerit. igni comburetis. quia vt ait ¶Josephus. crematum sursũ ferri solet. z eleuatio ignis. eleuationem ab eis pestis que vastaut egiptios signauit. nec comedet de eo incircũcisus ¶De modo etiã comedendi ait. Renes vr̃os accingetis. calciamẽta habẽtes i pedib⁹. tenẽtes baculos in manib⁹. os ñ frãgetis. nec ẽ carnib⁹ foras mittetis. z comedetis festinãter. ¶Per. x. lunam. alias xiiij. innuit q agnus q̃ tollebat signifikabat aliq̃d eẽnuz. ¶Hic eniz dr luna q̃rta die creata q̃i fuerit pma die mundi. xj. et ante mundũ. x. ¶Siũt q̃dã q. x. capita erant in esu vni⁹ agni. ¶Bene attẽdas ℔ scz q luna fuit creata q̃rta feria et eo die. xiiij. z sic tertia feria fuit. xiij. secũda feria. xij. prima feria. xj.

Est ei phase.i.transitus dñi. Dicta ē ãt nox illa trãsitus.q3 trãsiuit in ea angel9 p egiptũ pcutiens ꝓmogenita ab hoīe vsq3 ad pec9.3 trãsiuit sup3 tecta hebreoꝝ.lunita vel illita sãguine. Et aggressus ē israel iter trãseũdi ab egipto. Iterũq3 ait dñs. Diez hũc habebitis solennẽ 3 in monimentũ in generatõnib9 vris cultu sempiterno. Septẽ dieb9 azima comedetis.ꝓma dies erit scã 3 venerabilis.similiter 3 septima. Nihil opis facietis in eis.excepti3 his q̃ ad vescẽdum ptinẽt. Patet q̃ me diis dieb9 poterãt opari. Et ꝫ patet. quia sabbatũ erat eis solenni9 quouis festo ãntũ ad ocũ.in q̃ nec ad vescendum lz opari. Inde potuit eẽ.q mulieres ĩ ipo die solẽni pasche potuerĩt parare vn gẽta ad vn gẽdũ dñm.qõ sabbato ñ licuisset. In ezechiele festũ in ꝓma die aplis legit.3 in.vij.qõ nõ ꝫ. Et egressi filij israel fecerũt sicut p̃cepit dñs moysi 3 aarõ 3 ꝓgregati sũt.xiiij.luna in finib9 egipti circa rameſſen. Tñ ioseph9 dic̃ eos ꝓgregatos.x. luna.et vix expectasse quartãdecimã.

De morte primogenitoꝝ. Capitulum.XXVI.

Factũ est ãt noctis medio.pcussit dñs omẽ ꝓmogenitum egipti.nec erat dom9 in q̃ non iaceret mortu9.dño forte ita pcurãte nõ fuisse domũ absq3 ꝓmogenito. Compulsusq3 pharao dixit moysi per nũcios vt egrederet cũ oĩbus suis.imo et egiptij vrgebãt eos exire. Tulit igit̃ ꝓlus farinam ꝓsersã sup3 humeros ligatã in pallijs.et petierunt vasa ab egiptijs vestẽq3 plurimã 3 spoliauerunt egiptios ex p̃cepto dñi.tum pro mercede laboris q̃ fraudati erant.tum vt inde fieret tabernaculũ. Et erant q̃si.dc.milia viroꝝ peditum absq3 paruulis.3 vulgo famulantũ eis ĩnumerabili.et duxerunt secu3 diuersi generis animãtia multa nimis.

Pharao vel egipt9 q̃ decẽ plagis vberata ñ cessit.solo sãguine agni victa.filios israhel dimisit.

De exitu israhel de egipto. Cap.XXVII.

Factum est autem vt nullus ꝑter solitũ adhuc inundaret terram in qua erat sepulchrum ioseph. Tenebãtur ãt iuramẽto asportare ossa ei9. Tũc moyses scripsit i lamĩa aurea nomẽ dñi tetragramatõ.q̃ supposita aque supernatauit.vsq3 duz veniẽs staret supra vbi erat sepulchrũ. Et effodiẽtes sustulerũt ossa q̃ sublata legunt eis ꝓphetasse forte de difficultate itineris. Tñ hebrei tradũt.q ouis ex ip3ouiso astitit iuxta eos.q̃ locuta est ad eos. Ob quã rem duxerũt eã secũ multo tpe per desertũ.et dixerũt eã ouẽ ioseph.de qua ibi. Qui deducis velut ouez ioseph. In egressu etiã eoꝝ terremotu facto multa tẽpla egipti cũ idolis suis corruerũt. Habitatio ãt filioꝝ israel in egipto fuit.cccc.xxx.annoꝝ. Sed noīe egipti intelligend9 ẽ oĩs incolat9 eoꝝ.q̃ incepit a promissione abrahe facta ĩ via mesopotamie.a qua vsq3 ad legẽ data tot ãni fluxerũt. Solus enim.c.xliij.ãnis fuuit israel in egipto post mortẽ ioseph. Quib9 expletis.eadem die egressa ẽ omis multitudo de terra egipti.q̃d etiã mirabilit̃ a deo factũ ẽ. Al'ter eadem die q̃ exiuit abrahã ad pegrinãdũ. Et nota q̃d ꝫ dr.die q̃ egressi sũt et infra. memẽtote diei b9 in qua egressi estis de egipto ꝓma die.s.azimoꝝ.etiã supra legit̃ dictum eis. nullus egrediatur ostium domus sue vsq3 mane.econtra statim legitur hic. Nox ista obseruabilis est dño.quando eduxit eos de terra egipti.et in benedictione cerei dicũtur nocte educti. Forte intelligendum est nocte eductos.id est ad mane egredientes ab egiptijs nocte compulsos. Profectiq3 sunt de rameſſe in socbot.nec sunt secuti eos egiptij sepelientes mortuos suos. Multi etiaꝫ egiptiorum flebant penitentes.q eis fuerãt taꝫ crudeles. Coxeruntq3 farinam quã tulerãt de egipto .feceruntq3 subcinericeos panes azimos.ex modico tamen tempore coagulatos. His enim vsi sunt triginta diebus. Non enim vltra suffecerunt que tulerant ꝺ egipto.licet sub necessitate custodirẽtur.nec eis ad sacietatem vescerentur.

De sanctificatõe primogenitorꝝ. Cap. XXVIII.

DIxitqꝫ iterũ dõ/ min⁹ ad moysen. Sanctifica mihi omẽ pmogenitũ masculinũ quod aperit vuluã. tam de hoĩb⁹ qꝫ de iumentis. qꝛ pcusserat pmogenita egipti in liberatiõe eoꝝ. Et qꝛ solos masculos p ℞ sibi voluit sã/ctificari. dicit pt. ñ pcussos nisi tãtũ masc'los. Uel forte qꝛ pmogenita eoꝝ a pcussore ãge/lo liberauerat. ꝛ ℞ mõ sua erant. voluitqꝫ vt deinceps essent sua oĩa. Uel qꝛ ex oĩ fructu pmo honorand⁹ ẽ de⁹. Primogeniti ergo q̃ erãt de filijs leui offerebãt nec redimebãtur ꝛ seruiebãt iugiẽ dño. pmogenitꝫ alioꝝ offe/rebãt. ꝛ v. siclis redimebãt. Primogenita pe/coꝝ apta ad ĩmolandũ oblata erãt sacerdo/tũ. Immũdoꝝ vo nõ oblata. q̃dã redimebãt vt pmogenitũ asini oue mutabat. q̃ p eo of/ferebat. q̃dã nec ei redẽpta occidebãt. vt pri/mogenitũ canis. Et adiecit dñs. Cum intro duxerit te dñs in terrã pmissã intimabis hec filijs tuis. seruanda ritu sempiterno. Eritqꝫ ℞ q̃i signũ in manu tua. ꝛ q̃si appensũ q̃d. ob recordatõem ante oculos tuos. vt. ſ. huius liberatõis memoria non aliter veniret in ob liuionẽ. q̃ꝫ que manu gerũt. vel ante oculos appendũtur. Qd̃ pharisei ad lrãꝫ obſuãtes in cartis hec scribebãt. et decalogũ simul. et eas sinistris circũligabãt brachijs ꝛ inẽ ocu los appendebãt. q̃s dñs in euãgelio phylacte ria vocat a phylaxe et thorac.

De deserto egipti. Cap. XXIX.

IGitur cum emisisſz pharao pplm. ñ eduxit eos moyses p palestinã cõterminã egipto. ppẽ antiquã molestiã ꝛ odiũ patrũ. ne insurge/rẽt philistei aduersꝰ eos. ſz circũduxit eos p desertũ. q̃dẽ iuxta mare rubrũ. Tum p man dato dñi iubentis. vt duceret pplus ad mõtẽ synai ad immolandũ sibi. Tum si penitẽtes egiptꝫ vellent eos psequi. grauẽ molestiam sustineret itineris. Armatiqꝫ ascenderunt filij israbel de terra egipti. multa. ſ. suppellecti li muniti. Tamen alia trãslatio hꝫ. q̃nta pro genie ascenderũt filij israel. Moyses ei a ia/cob q̃nt⁹ fuit. vel p tribũ iude a phares vsq̃ ad salomonẽ q̃nq̃ fuerũt tantũ generatões hebre⁹ hꝫ. q̃nq̃ generatões ascenderũt filij israbel. Profectiqꝫ de sochot venert i ethã. Ethan ciuitas erat tũc deserta in capite soli tudĩs. que a ioſepho lycus dr. vbi et babi/lonem postea factaꝫ dicit. dum cambises egiptũ vastaret. Non illã famosã ba bilonẽ nabuchodo/noſor. sed aliaꝫ babi lonem. q̃ etiam nũc inhabitatur. et dicit ibi requiescere beata katherina in monte sy nai. et sunt ibi monachi religiosi. et ardet so/lũmodo oleum in lampadib⁹. quod d̃ tum ba illi⁹ beate virginis manat.

De ducatu colũne et mari rubro Cap. XXX.

DOminus autem vt dux esset itineris. p̃cedebat eos p diem in colũna nubis ꝓtra fer/uorem solis. et p noctem in columna ignis. contra tenebras. et vt sibi a serpentibus pro uideret. Percepitqꝫ dñs vt reuersi aliquã/tulum versus egiptum. castra metarent in regione phiahyroth. q̃ ẽ inter magdalũ ꝛ ma re ꝓtra beelsephon. Est aũt magdalum ciui tas in confinio egipti. ad quã iudei tẽpe bie/remie interfecto godolia p̃mo ꝓfugerunt. et posuerũt castra sup mare rubrũ. Hui⁹ ma/ris aqua nõ ẽ rubea. ſz omĩs terra circũstãs rubea est. ex q̃ viciatur gurges ꝛ inficit. vnde minũ acutissimũ excipit. Quicqd̃ etiaꝫ ad esum in fructib⁹ est. in hũc colorẽ cadit. Ob hoc ibidem rubre gẽme inueniũtur. que hu mo inuolute et inter barenas attrite terre co lorem habent et maris. Hoc mare in duos sinus diuiditur. qui ab oriente est plicꝰ ap/pellatur. q̃a pse oram eius inhabitant. alter arabicus dicit. vbi tñ nos dicimus rubrũ. hebreus dicit cannosum. quia canne in li/toribus eius abundant. Sane ibi coartati sunt filij israbel. Ex vna parte erant montes asperrimi et immeabiles. ex altera parte ma re.

De trāsitu maris rubri Ca.XXXI.

Immutatumqz est cor pharaonis. tulitqz.ccc.curr9 p' prios.z.ccc.ab egiptijs.et insecut9 ē eos.equites q3 duxit.l.milia.et ducēta milia peditū armatoz. Leuāteſqz oculi hebrei.vi; derūt egiptios post se.et timuert valde. Ne qz ei fuge facultatē habebāt nec pugre potē rāt.qz inermes erāt.nec ibi morari ppt cibo rū inopiā. Cūqz plurimū arguerēt moysen dixit eis. Nolite timere ꝓ fecit dñs. vt hodie videatis magnalia e9 Ipe pugnabit p vob̄ z vos tacebitis. Egiptios q3 videtis nūc.nō videbitis i sempiternū. In hebreo pleni9 est. nō videbitis in sempiternū.vt nunc videtis vnos.ſ. Et oravit moyses ad dñm. Qui ei dixit. Quid clamas ad me. Eleua vgā tuaz z extēde manū tuū sup mare et diuide illud vt sup siccū ingrediāt filij israel. Tolleſqz se angel9 q̄ pcedebat eos stetit post tergū in, ter egiptios z israel. z erat nubes tenebrosa egiptijs. sed lucida hebreis. Cūqz extendisset moyses manū. flauit vent9 vehemēs et vtit aquā in siccum. et diuisū est mare in.xij. diui siones. vt queqz trib9 p turmas suas incede ret. Et aduocans moyses singulas trib9 ꝑm ordinē natiuitatis sue hortabat eos. vt ipm ꝑeuntē sequerētur. Cūqz timuissent intrare rubē simeon et leui. Judas pm9 aggressus ē iter post eum. vnde et ibi meruit regnum. Profecti sunt ergo p medium maris. z erat aqua q̄si murus a dextris eoz et a leua. Qđ videntes egiptij. vesanos iudicabant eos. Sed cum viderent illos illesos abire. ingreſ si sunt post eos. Jāqz venerat vigilia matu; tina. Et respexit dñs super egiptios p co; lūnam ignis z nubis id est. intolerabiles imbres et graues to; nitrus corruscatōnes qz ac lampades imie cit sup eos. Unde et territi dixerunt. Fu; giamus israhelem. dñs enī pugnat pro eis. Filij autem israhel

Quattuor dicūtur vigilie matutine. pri ma cōticiniū. secūda intempestinū. tertia gallicinīū. quarta antelucanum. et ipsi in quarta ingressi sunt mare rubrum.

ꝑm ioſephum ad contra positam venerunt terrā. Hebrei vero tra dunt. q̄ cū venissēt ad extremum montis porrecti in mare per lon gam maris viam eos obliquasse. et circum; eundo montem ad idem litus egipti redisse Quod probant sic. Natura maris est vt qđ perit in eo. ad proximū litus proiciat. Cum ergo mane iacerent egiptij mortui in litore. patet quia idem erat litus ex altera montis parte. Non enim in spacio noctis fere equi noctialis. nec illi nec hi etiam ad mediū ma ris transcurrissent. quia spaciosum est ibi. Cunqz sic pturbarentur egiptij. moyses do mino iubente extendit manū suam sup ma re. et reuerse sunt aque ad priorem locum et operuerunt egiptios. nec vnus quidem su; perfuit ex eis. et tulit israhel arma mortuoz. moyseſqz dño canticum exposuit exametro carmīe. Cantem9 dño. z. Qđ q; ꝑ us legitur ceteris. canticū ꝑ canticoz. Nec ꝓ discredē dum esse dicit ioseph9. cum alexādro mace; doni et exercitui ei9 darium insequenti ma re pamphileum diuisum fuisse legitur. do; mino iubente. q̄ per eum regnū persaz delere voluit. Adoratus est aūt israhel iuxta li; tus maris. vij. dieb9. et cum tympanis z mu sicis instrumentis singulis dieb9 veniebant ad litus. et cantabant dño canticum moysi. viri seorsum et mulieres seorsum. In cuius rei memoriam. vij. paschalib9 diebus canta n do redimus ad fontes. Et terminatur hic li; ber ioseph̄i secund9.

De dulcoratōe aque marath.
Capitulum.XXXII.

Post hec egressi sūt p in desertum sur. Tamen hebre9 ha; bet in desertum ethā. Dicimus enī q; ꝑus ante mare fuerunt in deserto ethan. post mare in deserto sur. post helym in deser to syn. Ambulaueruntqz tribus diebus per solitudinem nec inuenerūt aquaz donec ve; nerunt in marath. vbi a quā inuentā p̄ ama ritudine non potebant bibere. Uñ z locū illū dixerūt marath. ab hac amaritudie aque. vl potiꝰ pro amaritudine animi. Animequior est ei q̄ sitit si nō inuenerit potū. q3 si inuentū

gustare nō possit. Dñs āt ondit lignū moysi. qō cū mississet īaq̄s dulcorate sūt. Forte lignū illud talis efficacie erat. ꝛ forte miraculose factū ē. vt īsolutu die īq̄ nō erat lignū īueniret lignū. Hebrei dicit. q̄ illud lignū naturaliter amarissimū erat ꝛ vt mirabilit īnotesceret vis diuīa. amarū additū amaro dulce dinē operatū ē. Josephꝰ videt velle. q̄ aque viciū ꝓtraxerāt. q̄ spīmote fuerāt. ꝑm illō Et viciū capiūt. ni moueātur aque. Dic enī ibi fuisse modicū puteū. Sumēs āt virgam moyses quā babebat ī pñti. scidit eā p medium in longitudie incisionē faciēs ꝛ iecit ī puteū. ꝛ cepit fontꝰ vt bauirēt aquā ꝛ plurimā ꝓpus effūderēt. vt vltima q̄ remaneret. fre quētib⁹ ꝓcussionib⁹ exercitata ꝛ purgata fieret potabilis. Jbi et dedit eis indicia. nō duz tū ī re. sz datuꝝ se ꝓmisit. si obedire sibi vellēt

De duodeciz fōtib⁹. et lxx. palmis hely'm Cap. XXXIII.

Post hec uenerunt p in hely'm. vbi erāt. xij. fōtes. ꝛ lxx. palme. Et dic ioseph⁹ q̄ modica aqua erat ī fontib⁹. vt q̄ ex ea modicū sumeret manib⁹. cenosū essz et inutile. Propter q̄ et palme nō multū eminebāt a terra. q̄ nō sufficiebat humor ad ꝓglutinādā humuz. Exinde venerūt ī desertū syn. qō est inter helim ꝛ sinai vbi plures fecerūt mansiones q̄ in numeris exponuntur.

De coturnicibus et manna Cap. XXXIIII.

Quito decimo die q̄ mensis scōi. i. maij. xxx. die. s. ab exitu eoꝝ de egipto.

q̄n. s. secū duz pascha celebrabatur defecerunt eis victualia q̄ tulerant de egipto. ꝛ dixerūt. Utinaz mortui essem⁹ in egipto. q̄n sedebam⁹ sup ollas carnū. ꝛ comedebam⁹ panē in saturitate. Cunqz orasset moyses ad dñm dixit ad eos. Audiuit dñs murmuratōes vestras ꝓ eū. et dabit vobis vespe carnes. ꝛ mane panes in saturitate. Factū q̄z ē vespe. Et ascēdēs coturnix de sinu arabico. vbi ꝑcipue nutrit. trāscenso medio mari operuit castra. et ad habitū ꝓpi capiebatur. Est āt coturnix auis regia quā ioseph⁹ ortigiā vocat. grec⁹ ortogometram. nos vulgo curlegiū dicim⁹ a currēdo. Mane vero cū orasset moyses ros descēdens illinit⁹ ē manib⁹ ei⁹. quē ꝓpus imbrē suspicat⁹ est. sed cū gustasset. sensit mellis dulcedinē. et panē ꝓmissum datū intellexit. ꝛ iuit ros p circuitū castroꝝ. ꝛ erat granū minutū q̄si semen coriandri. albū in modū pruine. et q̄si pilo tusuz. Quod videntes filij israhel dixerūt. Manhu. i. q̄d est ḃ. Unde deinceps manna dictū est. Qō q̄dam indeclinabile putāt. alij in ꝑma declinatōe ponūt. alij in tertia. sicut et pascha che vel pascatis. Et ait moyses. Hic est panis vobis datꝰ a dño Colligite vobis gomor ꝑ singula capita. Et collegerūt alij plus alij minꝰ. ꝛ mensi sūt ad mensuraz gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius. nec q̄ minus parauerat reperit minꝰ. Forte enī i aceruis collecta ponebātur. ꝛ reddebatur singulis gomor. Quod ioseph⁹ vocat assariū. et est decima ꝑs ephi. Vel forte q̄ntū cū q̄z q̄s colligeret veniēs ad ꝓpa non inueniebat nisi gomor. q̄ ab alijs etiam comedebatur Colligebat aūt mane. q̄ cum incalesceret sol liquefiebat. qō miraculosū erat. cum ad ignem durum fiebat. Terebāt aūt illud pluerem. et conglutinatū in panes formabant. cui⁹ sapor erat dulcissim⁹. p q̄ dictum est. simila cū melle. Et alibi. sapor pānis oleati. Quod vero dicitur q̄a sapiebat ī ore cuiusq̄z qō desiderabat nō multū autenticū ē. Dicit ioseph⁹ q̄ etiam hactenus rigatur locus ille siccis imbrib⁹. Dixitq̄z moyses ad populū. Nullus relinq̄t ex eo i mane

Per miraculum factum est. vt ex diebus sufficeret gomor.

Consonat tñ ei qō in libro sapientie dicit. Panem de celo dedisti nobis habentē omnem saporez suauitatis.

Quidã tñ reseruauerunt.ꝛ scatebat vermibus et cõputruit. Irecepitqꝫ moises vt die sexto colligerẽt cibos duplices.qꝫ sabbato ñ inuenieb̃at in agro. Tñ seruatũ in die sabbati nõ corrũpebat. Quidã ãꝫ putant nec etiaꝫ sexto die collegisse quẽqꝫ nisi vnũ gomor.ſz illud ꝑ miraculũ multiplicabat.vt duobus sufficeret dieb⁹. Binde colligẽtes.qꝫ ifra legitur.qꝫ ꝓpter Bi tribuit vobis dñs die sexto cibos duplices. Dixitqꝫ dñs moysi. Imple gomor ex eo.vt custodiat̃ i futuras retro generatões.i.in post futuras retro generatões ad memoriã retro habendã. Et fecit moyses iuxta verbũ dñi.ꝛ posuit illud aarõ in vna aurea in tabernaculo reseruandũ. Siũt bebrei eos ꝑmo babuisse paruũ tabernaculuꝫ in q̃ dñm ꝓsulebant.de q̃ infra. Moyses tollens tabernaculũ.tetendit extra castra procul. Vel ꝑ prolemsim de futuro tabernaculo dictũ est. Hoc cibo aluit sũt filij israel.xl.ãnis vsqꝫ dũ tãgerẽt fines tre chanaan.

¶ De aqua data in raphidim.
Cap.XXXV.

Igituꝫ profecta est omis multitudo de deserto syn p mãsiones suas iuxta sermonẽ dñi.ꝛ venit i raphidim. nõ q̃ verbo distingueret eis dñs mansiones. sed indicio nubis stantis. quã peuntẽ semp sequebãt ea stante castra metabãt. Ibi omino defuit aqua.ꝛ murmurauerunt ꝓtra moysen. q̃ ait ad dñm. Quid faciã ꝑpl̃o huic. Adhuc pusillum ꝛ lapidabit me. Et dñs ad eũ. Sume de seniorib⁹ israhel.et vade ad petrã oreb.pcutiesqꝫ eã virga pars est mõtis syna sic dicta. Alia est ꝛ alibi petra oreb.dicta sic ꝓpter oreb regem.q̃ occisus est in ea.factũqꝫ ẽ ita. Et egressi sũt aque ꝛ bibit ꝑpl̃us.ꝛ vocauit moyses nomen loci tẽptatio.qꝫ tẽptauerãt dñm dicẽtes. Est ne dñs in nobis an nõ. Alie post fuerũt aque contradictõnis.

¶ De pugna contra amalech.
Cap.XXXVI.

Egressus est ãt amalech vt pugnaret aduersus israhel in raphidim. Strab⁹ ait. Amalech fuit filius ysmahel.a quo amalechite.q̃ et ysmahelite. ipi sunt sarraceni. Hos dicit Ioseph⁹ pugnaces.inhabitantes gobocb vel taboth ꝛ petrã a circũstantib⁹ cõductos ad bellũ aduersus hebreos. Ecõtra legitur in geneſi. q̃ eliphat ꝑmogenit⁹ esau genuit de concubina amalech. Unde in libro regũ. vbi filius doech ydumei nũcians dauid mortẽ saul ait. Amalechites sum. Forte duo fuerũt equitoci.et ex bis duo populi. Elegit aũt moyses iesum ō tribu effraim virũ bellicosũ ad dimicandũ ꝓtra hostes.cui et paucos tradidit armatos plurimos ad custodiã castroꝝ retinuit. Ipe aũt ascendit in montẽ.habens virgam dei i manu. Ascenderũtqꝫ cũ eo aaron ꝛ hur vir marie. tñ sm paralipomenon fuit filius caleph et marie auus beseleel Cunqꝫ eleuasset manus moyses ad dñm. vincebat israhel. Sin aũt paululũ remisisset.vincebat amalech. Quo comperto aaron et hur suppositerũt ei lapidem.et ex vtraqꝫ parte man⁹ eius sustentabant.erantqꝫ graues ꝑ labore oranti. In hui⁹ rei figura.sacerdos man⁹ eleuat in missa.etiã in figura christi orantis in cruce. Nec remisit man⁹ moyses vsqꝫ ad solis occasum. Fugauitqꝫ iosue amalechi ore gladij. Et ait dñs moisi. Scribe hoc in libro ob monimentũ. Adhuc ei delebo memoriam amalech de sub celo. q̃d in dieb⁹ saul ꝑpletuꝫ est. Et edificauit moyses altare.ꝛ vocauit illud dñs exultatio mea.

¶ De subdiuisione magnatũ ad cõsilium ietro Cap.XXXVII.

Egressus est autem ietro cognat⁹ moysi obuiã ei i desertum.tulitqꝫ secũ sepboraꝫ ꝛ duos filios ei⁹. Cũqꝫ intrasset tabernaculuꝫ moysi. narrauit ei moyses signa q̃ fecerat ꝑ eis dom̃in⁹.et vniuersũ laborẽ itineris sui. Et congratulans illi ietro ait. Benedict⁹ dñs q̃ eripuit ꝑpl̃m suũ de terra egipti. Nũc cognoui qꝫ magnus est dñs sup oẽs deos. Obtulit ergo ietro hostias dño.ꝛ comederunt cum eo moyses et aaron et seniores israel coram dño Augustin⁹ tñ nõ vult gentilẽ imolasse dño

sed moysen sm aliam translatiõem q̃ ẽ. Cũ; psit ietro hostias de oblatis a moyse . sum; psit ab eo et comedit. Forte tunc sacrificauit moyses iuxta montem.iũ p̃ixerat dñs. Di cit enĩ ioseph⁹ ietro venisse circa montẽ. vbi in rubo multas viderat moyses visiões. Al tera die sedit moyses vt iudicaret populum q̃ assistebat ei a mane vsq; ad vesperaz. Q̃ attendens ietro ait. Stulto labore cõsume; ris vltra vires tuas est negocium. Ez audi verba mea.et erit dñs tecum. Esto populo ĩ bis q̃ sunt ad deum.et cerimonias z viã mo rum vel itineris ostendas eis. Ad decisionẽ vero causarum elige viros potentes.timen tes dñm.amantes veritatẽ.detestantes aua riciam. Et nota q̃ in bis quattuor que dicit ꝓsideranda in eligendo iudice ponit poten; tiã que plurimũ valet.si tria illa sequantur alioquin additur oleum camino.z gladius veneno. Alia translatio habet.sapientes q̃s forsan potentes vocat ad iudicandũ. Et ad didit. Constitue ex electis quosdã tribunos id est.cuiq; tribui vnũ prepone.q̃ a tribu tri; bunus hebraice.grece cyliarchus.latine mil; lenari⁹. Non q̃ in tribu tantũ essent mille. sz certũ numerũ posuit pro incerto. Vel pro multitudine copiosa numerũ posuit supre; mũ. Forte q̃ iam principem habebat queq; tribus suũ.sub ꝓncipe voluit esse millenari; os.q̃ tantuz p̃essent mille. Sub millenarijs aũt monuit constitui.x.et bacõtbarcos.id ẽ centenarios.vel centuriones.sub centuriõe duos pentbacõchartos.id est.q̃nquagena; rios.sub q̃nquagenario.v. decanos. Orta igitur lite inter decem stabant ad iudicium decani.sicq; facile erat litis paucoz dirime; re. Si non poterant diffinire ascendebãt ad q̃nquagenariũ.et sic vsq; ad moysen. quod tamen rarum erat. Maiora tñ reseruabãt moysi.ipi minora iudicantes. In hunc mo; dum ecclesia romana vocauit plurimos in partem sollicitudinis.primates.vel patriar chas.archiepos.epos.archidiaconos.archi presbiteros. Et minores sacerdotes leuiora peccata.et quedam grauia.sed occulta iudi cant. Grauiora vo peccata z aperta referũt ad epm. Acquieuit moyses.nec erubuit vir deo plenus consiliũ sequi gentilis.dimisitq; cognatum suum.hebreus vbiq; ponit soce; rum. Et reuersus est ietro in terram suam.

De peruẽtu ad montem synai Cap.XXXVIII.

In mense ergo tercio egressiõis de egipto.id est.iunio. die bac in kalendis iunij venerũt ad montem synai.fixeruntq; tentoria e regi; one montis.xlvij.die.s.a pbase. In exponen; do enĩ sẽptuzas.xxx.dies pro mense ponit⁹ quasi mediã inter lunares et solares mẽses eligendo viam. Lunares enim infra tricena rium inueniuntur quidam.vltra vero non Solares vero plures hunc numerum exce dunt. A pbase quidem.xvj. dies pmi mẽsis restabant.fluxerunt vero postea.xxx.secũdi mensis. Restat ergo q̃ ꝑma dies iunij.xlvij fuit. Sequenti die diluculo ascẽdit moyses in montem ad deum.qui dixit ei. Dices do mui iacob. Vidistis que fecerim vob. Huc adijciam vt etiam loquar vobis. Si ergo custodieretis pactum meũ.eritis mihi ĩ pe; culium de cunctis populis. Que cum moy ses retulisset populo.responderunt. Cuncta que locutus est dñs faciemus. Cũq; redis; set moyses ad dñm.ait ei dñs. Veniaz ad te in caligine.vt audiat me pul⁹ loquentez ad te.vade z sãctifica populuz hodie et cras id est. lauent se et vestimenta sua. Sint parati in diem tertiũ. et constitues terminos p circuitum montis quos qui trãsierit tũc et tetigerit morte mo; rietur. Manus non tanget eum sed lapida bitur.aut iaculis confodietur.siue iumentũ siue homo. Utebantur aũt vt dicit ioseph⁹ in his duob⁹ dieb⁹ cõuiuijs opulent z orna mentis decenter.

De datione legis verbotenus. Cap.XXXIX.

Iam aduenerat di es tertius.et ante solis ortũ cepert audiri tonitrua ac micare vulgora et nubes densa operuit montem.et clangor

bucine pstrepebat. Fumabat mons. qz dñs descē derat dñs in igne. z fumꝰ ferebatur q̄si de fornace. et mons tremuit vt aiūt hebrei. Timuit populꝰ. sed et moysen ira dei perisse putabant. Tandem letꝰ apparuit moyses et serenus aer cum eo reuersus est īter eos. Et ait eis. Hodie non audietis moysen filiuz amram et iocabetb. sed illum q̄ pro vobis pcussit egiptum. q̄ p mare iter dedit. q̄ cibū de celo misit. potum de petra pcessit. p quē adam de fructibus terre comedit. noe ex imbribꝰ eruptꝰ vel exceptus est. abrahām chananeā obtinuit. ysaac natꝰ est de senibꝰ. iacob prole ditatꝰ. ioseph sublimatꝰ. Fiant ergo verba hec vobis amabiliora. q̄z filij vel vxores. Et eduxit populum in occursum dñi ad radicē montis. Ascenderunt aūt dño iubēte moyses et aaron vltra terminos. sacerdotes. idē maiores et populꝰ non transierūt. Locutus q̄z est eis dñs. ita vt nullum vox effugeret. et sic. l. die dedit eis legem verbo tantū. in figura. q̄ daturꝰ erat spūm sanctū die q̄nq̄gesimo

Explicatio decalogi Cap. XL.

Non habebis deos alienos coram me. Qz nō nisi decem p̄cepta dñs dedit. omnes asserunt sancti. sed in distinctōne eoꝝ differt Primū enī z vnum sm augustinuz diuidit origenes in duo. et que sunt duo vltima sm augustinū colligit i vnū. cui psentit ioseph. Preterea dicit augustinꝰ

tria fuisse i vna tabula. z septē i alia. Ioseph ꝰ vo z hebrei. v. in vtraq̄z. Forte q̄a augustinꝰ voluit tria p tinere ad dilectōz dī. z septē ad dilectōz primi. p dignitate potius q̄z p scriptura dixit ea eē p me z sc̄de tabule. sic dicere ꝓsueuimꝰ boies p me classis z secūde. Quocūq̄z vo mō distinguāt. idē ē sensus.

Ioseph. dic̄ se vidisse duas tabulas legis lapideas. q̄z quelibz cōtinebat duo mandata z dimidiū. taz exterioꝝ q̄z interioꝝ.

Primum preceptum

Non habebis deos alienos coram me. id est me solum habebis deum. Et ponitur. non habebis p non habeas imperatiue. sm ydeoma hebraeorum. Non ei asserit hoc deꝰ cū quandoq̄z habuerint. Non facies tibi sculptile vl ydolum. Alia littera. quod nihil est in mūdo. id est. nullus rei naturalis representatiuū. vt fiebat bamon capite arietino. anubis. id est. mercurꝰ capite canino sine barba. Nec omnem similitudinē que est in celo vel terra vl a quis vel sub terra. quasi nec facias tibi pro deo simulacrū solis et lune. et bmōi. nec hominis aut iumenti aut bmōi. nec draconis. vel reptilis cuiuslibet. que colebat diuersus hominū errox. non coles nec etiaz adorabis ea. Colere ei est mente adorare. Adorare aūt est. si non animo. saltē pro metu. vel adulando regibus adorare. Postea ad inculcādā custodiam dicti et dicendorum addidit inciderter. Ego sum dominꝰ deus tuꝰ. fortis et zelotes. visitās peccata patrum ī filios in tertiam et quartā generatōnem. eoꝝ qui oderunt me. et faciēs misericordiaz in milia. bis q̄ diligunt me et custodiunt p̄cepta mea. zelus ꝺr inuidia. ꝺr etiam amor. sed proprie amor viri in vxorem. pro quo sustinere nequit alterius accessū ad eā. In modum hunc dicit dominꝰ. Ego suz zelotes. id est. nō patiar te fornicari post deos alienos. Quod addidit se visitare pcā patrum in filios. aiunt heretici. Non est bonꝰ hic sermo vt pro peccato alterius quis puniatur. Et dicunt vetus testamentū nō esse datum a deo. Non enim sic crudelis est deꝰ. sz econtra in his mitis apparet. quod etiā hoc nōie visitans innuitur. Ex pietate enim visitamus infirmos. et ipe ex mansuetudine nō statim peccantem punit. sed expectat etiam vsq̄z ad quartam generatōnez. q̄z diu scilicet patres viuere solēt. et si corripietur pater. vl filij non imitabūtur ipm. parcit. alioq̄n quasi post longam expectatōem iustius punit. Et de temporali pena tantū intelligendū ē. Sicut de achab et iebu in posteris vindictā sumptam legimus. Vel potest exprmi seueritas iuste iudicantis. Grauiꝰ enī puniuntur

peccantes si filios pro se etiã videant puniri et iustius pro expectatõne. Origenes tamẽ hic intelligit per patres demones. per posteros coadiutores. quos quandoqz in peccãdo nobis adiungimus. vtpote. Primo intrauit diabol⁹ in cor iude. Ecce pater. Postea accessit ad principes. vt et ipi in hoc peccarent Ecce filij. Postea accepit ab illis cohortem et ministros. Ecce tertia et quarta generatio. Dñs aũt non visitat hic peccata patrũ. qui reseruantur igni eterno. modo tñ sepe punit homines.

¶ Preceptum secundum.

Non assumes nomen dei tui in vanũ id est. nec falso nec supflue. nec dolose iurabis per nomen dei. nec bonorem eius quantũ in te est euanescere facias de eo praue sentiendo.

¶ Tertium preceptum

Memento vt diem sabbati sanctifices id est. sanctũ z feriatuz habeas. Nõ facies in eo omne opus. tu et filius tuus et filia tua. nec seruus. nec ancilla tua. nec iumentũ tuum. nec aduena qui intra portas tuas est. id est. tecum in domo tua seruiens. quia deus quieuit die. vij. et nos diẽ. vij seruamus. et si non hunc quem illi. Nam et ioseph⁹ sic ait. Quart⁹ sermo scõm seruandas septimanas. cũ abomĩ ope forent cessaturi. propterea de opere seruili dicim⁹ intelligendum.

¶ Quartum preceptum

Honora patrem et matrem tuaz duplici honore. reuerendo scz z necessaria ministrando. In his enĩ que sequuntur. fere in omibus a parte totuz intelligitur. Unde z domin⁹ docens. totaliter intelligenda impleuit legem.

¶ Quintum preceptum

Non occides manu vel mente vl cõsensu. nec violentã manũ inferes sonti. nec subtrahes auxiliũ vite potes z debes dare. Judex q̃dem non occidit sed lex.

¶ Sextum preceptum.

Non mechaberis. i. nõ miscearis alicui excepto federe matrimonij.

¶ Septimũ preceptum

Non furtum facies. nec etiam rapies aliena.

¶ Octauum preceptum.

Non ꝓtra primũ tuũ falsũ testimoniũ dices. Hic prohibet omẽ mẽdaciũ. Licz q̃dã male senserit deũ tacite ꝓcessisse mẽdaciũ q̃ ꝓdest. si nulli obest.

¶ Nonum preceptum

Non concupisces domum proximi tui. Scõm augustinum hic prohibet concupiscentiam rei aliene immobilis.

¶ Decimũ preceptum

Non desiderabis vxorem ei⁹. nõ seruũ. nõ ancillã. nõ bouẽ non asinuz. nec oĩa q̃ illi⁹ sũt. Hic ãt ꝓhibet concupiscentiã rei mobilis. Scõm origenẽ. vnũ est ꝑceptum.

¶ Dealtari faciendo. Cap. XLI

Videbat aũt populus voces et lampades. z vocẽ bucine. z montẽ fumantẽ. z stantes procul dixerunt moysi. Loquere tu nobis et audiem⁹. Non loquatur nobis dñs. ne forte moriamur Stetit ergo de longe populus. et moyses accessit ad caliginẽ. Cui dñs ait. Altare de terra facietis mihi. Forte ante ꝓstructionẽ altaris portatilis voluit ꝑ fieri. vel illud portatile erat de terra sicut infra dicem⁹. Q̃z si altare lapideũ feceris mihi. non edificabis illud de sectis lapidib⁹. Si leuaueris cultrũ tuũ sup eo polluet. q. d. Nolo q̃ cũ instrumento effusionis sanguinuz. edifices mihi sanctũ. Inde et nos vni⁹ lapidis altare ꝓstruim⁹. Forte ꝓhibuit. ne sup altare hostie occiderentur. Et addidit. Non ascendes p grad⁹ ad altare meũ. ne reueletur turpitudo tua. Forte non duz antiqui vtebãtur [illegible] malibus.

¶ De iudicijs. Cap. XLII.

Cepit addidit dñs iudicia quedam. ad determinandas lites. Nos q̃dẽ nõ omnia

sed ꝯgrua ꝓsequimur sic. Si emeris seruuz hebreū q̄ tā. s. seruꝰ nō sit. vij. annis seruiet tibi. nisi iubileꝰ interuenerit. septimo egredietur liber ⁊ gratis. cum q̄li veste intrauerit. Si habens vxorē cū vxore ⁊ liberis exeat. Si dñs dederit ei vxorem. mulier cū filijs q̄s fecerit erūt dñi. Q; si elegerit seruꝰ manere i seruitute offeret eū dñs dijs. i. sacerdotib⁹ ꝓsentabit. ⁊ applicabitur ad ostiū tabernaculi. ⁊ pforabit aurē eꝰ subula. i. signū ꝑpetue seruitutis. erit q; seruꝰ i sclm. i. dū viuet. vel vsq; ad iubileū Idē ei intelligendū ē de ancilla.

De famula.

Si q̄s vēdiderit filiā suā i famulā ñ in ancillā. s. sz in cōcubinā. quā greci moirpbeton alij moypbeten dicūt. vij. anno nō egredietur sicut ancilla. s. sine p̄cio. Quia ei eā būlia aut dotē vestes et nuptias. i. viruz ei⁹ put debit p p̄cio pudicicie. Q; si ante. vij. annū displicuerit ei. vendēdi eā alij potestatē non habebit nec pudicicie p̄ciuz negabit. Q; si interim agnominauerit eā sibi. i. i vxorē duxerit. sm q̄d dr marcia catonis. iuxta legē vxor faciet ei. nec sine libello repudij egredietur. Si vo nō sibi sz filio eā emerit. i modū p̄dictū faciet ei ꝓ filio sicut ꝓ se. Si tria ista nō fecerit. i. si nec ipe eā būlia uerit sñ agnoiatōe. nec eā agnominauerit. nec filio eā acceperit. more ancillaz gratis egredietur. ⁊ absq; p̄cio sibi dato

De homicida.

Qui occiderit boiez volens moriat. si vo nolēs. ꝓfugiat ad vnā ō. vj. ciuitatib⁹ refugij ⁊ ibi saluabit aiaz suā. ne occidatur a primis occisi. Et erit ibi donec p iudicē ciuitatis eꝰ ꝓpinq̄s mortui recōciliet. vel vsq; ad mortē sūmi sacerdotis. Tūc ei redibit securꝰ ad ꝓpa ꝓer industriā vo occidēs. et ab altari euellatur. q̄d de ioab factū legitur. Instar vo barū ciuitatū nos habemꝰ loca deo dicata. matorē tñ i munitatē ꝓstant q̄z ille. Saluatur ei i eis et volens homicida. ⁊ q̄libet fugitiuus. Tñ q̄dam exceptōez faciūt. Si ei ꝑ homicidio in eccīa facto vl furto vel hmōi ꝓfugiat ad eccīaz. ide dicūt eū ꝺbere extrahi ⁊ puniri

De talione.

Addidit ei dñs p̄cepta taliōis. iubēs reddi aiaz p aiaz. oculū p oculo. dentē p dente. vulnus p vulnere. liuorē p liuore. adustiōez pro adustione.

De boue cornupeta

Si bos cornupeta seruuz occiderit. lapidibus obruatur. nec carnes eꝰ comedentur. Dñs aī bouis. xxx. siclos argēti reddet dño serui. Aliū hebrei. ideo sic estimatū p̄ciū serui. q;. xxx. generatōes egressi sūt ō cham. quē noe seruitutī addixit.

De decimis et primicijs.

Decimas ⁊ p̄micias ne tardaueris offerre. Tñ agnū vl hedū. vij. die⁹ dimittes cum matre sua. die. viij. et deinceps pōtis reddē.

De septimo anno.

Sex annis seminabis terrā tuā. ⁊ cōgregabis fruges eꝰ. vij. āno eā requiescere facies. Unde et dicebatur annꝰ requietōis. et et annꝰ remissiōis. q; in eo nulli licebat exigere debitū aliq̄d nisi eo terminato. ⁊ si q̄d in eo anno ex p̄teritis frugibus succreuerit i ea. comedēt paupes populi. et q̄d residuum fuerit pauperib⁹. comedent bestie agri. Ita facies in vinea ⁊ oliueto tuo. Dum ꝫ obseruatū fuit. vt ait iosephus. in anno. vj. intantū abūdabāt fruges q; sufficiebāt ad vsū septimi et octaui etiā ad sementez.

Augu⁹. sup exoduz dic. q; eo āno semiabant sz ñ colligebāt.

De tribus solēnitatib⁹.

Addidit ei de trib⁹ p̄cipuis solēnitatib⁹ anni. in quib⁹ voluit sibi apparere oē masculinū sz nō vacuū. de q̄b⁹ infra dicetur.

De hedo nō coquendo in lacte

Non coques hedum in lacte matris sue q̄d iosephꝰ exponit sic. Non comedes eū infra. viij. die. q; adhuc nō differt a lacte. Sancti de xp̄o exponunt sic. Ne occidas xp̄m in die ꝓceptōis sue q̄d tñ trāsgressi sunt. Dies vo ꝓceptōis vocatur lac matris. q; ex tūc in matre paratur materia lactis. Hebrꝰ hz. Nō coques separatū i lacte matris sue. ⁊ est sensꝰ. Separatū a carne paren

Vel ē ꝓphetia. q; herodes nō occideret xp̄m infantem. vel q; apli non patezentur pressuras. nisi prius roborati.

tum.id est.qđ p carnalem generatōem con/ ceptū et editū est nō comedes coctū cū lacte vel cū aliq̄ lacteo caseo.s.vel butiro.qđ dictū est ꝓpter aues q̄ non de carne sed de ouis se/ parantur.quas in lacte coctas vel cuz lacte comedūt. Nec ideo de lacte matris ꝓhibitū dicūt.q̄ in alio lacte liceat coquere. sed quia lac illud parati⁹ possit inueniri cū aīali.ꝑ ꝟ ꝓhibuit de omni lacte. Quidam tñ de bis q̄ dño offeruntur dictum intelligunt. quasi non offeras agnū vel hedū infra octauū diē q̄ nōdū est esibilis.nec differt a lacte matris q̄ et supra dixerat de ꝓmitijs agnoꝝ et decimis. In fine vō iudicioꝝ addidit dñs. Si fe/ ceris ꝟ occidam omēm ꝓl̄m ad quez ingre dieris.et ꝓmittam scrabones.et vespas.que fugabunt eos.id est.

terroꝛē noīs tui.pau latim vero eijciā eos ne redigatur terra i solitudinē.et crescāt

Hoc nūq̄z ad lrāz fa ctuz legit.iō aculeos terroꝛes intellige.

cōtra te bestie.ponāq̄z terminos tuos a ma ri rubro.q̄ est ab oriente vsq̄z ad mare pale stinuz quod tirrenū dicitur.et est ab occidē te et a deserto.quod est post bethlehez.qđ in cipit post thecuam vsq̄z ad fluuium.s.eufra ten. que tota regio quandoq̄z dicta est iu/ dea.

¶ De federe firmato aspersione sanguinis vitulorꝝ Cap.XLIII.

Venit ergo moises ꝟ et narrauit plebi iudicia dñi. Et di/ xerunt omēs vna voce Omia que locutus est dñs faciem⁹ q̄ audiem⁹. Quod prepostere et inordinate dictū est ꝓsignauit futuros transgressores.q̄ in ꝟbo mēdaces Scꝑsitq̄z moyses vniuersos sermones dñi ꝓter decalogū.et mane ꝓsurgens edificauit altare dño.et duodecim titulos.p duodeciz trib⁹ israel.forsan duodecim altaria titulos dixit. Vel poti⁹ vnū

ex duodecim lapidi/ bus.q̄ in singulis sin gula nomina filiorū israbel scripsit quasi

Est titulus triūpha/ lis.preconialis.me/ morialis.

titulos tribuuz duodecim.misitq̄z iuuenes

scz nadab.q̄ abiud.qui futuri erant sacerdo/ tes.et īmolauerunt dño pacifica.xij.vitulos Tulitq̄z moyses mediam partē sanguinis. et misit in crateres vasa.s.viminea cuz ansis a cratin quod est contexere dicta. reliquū sā guinem fudit super altare.legitq̄z volumen federis audiente populo. Qui dixerūt Om nia que locut⁹ est domin⁹ faciem⁹ Ipe vero sumptū sanguinem respersit in populum et ait. Hic est sāguis federis quod pepigit do/ minus vobiscum.quasi diceret. Sic peribit vita eius et sanguis ei⁹ fundetur qui viola/ bit fedus hoc.id est.pactum inter vos et do/ minum. Tane hoc signum ad ꝓfirmāt̄oem federis hui⁹ habuerunt a gentilib⁹.qui pos/ tam federis fedelamantes sic confirmabant fedelamandum federis violatorem. Tamē et aliud signum federis terribilius habue/ runt iudei ex se.s.effusionem aque. quod fēc̄ iosue et samuel.quia sicut aqua tota fundit̄ ita q̄ nil remanet in vase.quod nō alij liquo res. et etiam ipa perit fusa in terram. sic pe/ nitus cū stirpe sua piret qui solueret fedus

¶ De primo ascensu moysi in mon tem. Capitulum.XLIIII.

Hoc facto ascendit ꝟ moyses et aaron.nadab.et abiud. q̄.lxx.de senioꝛibus israbel sm pre/ ceptū dñi vsq̄z ad terminos montis.q̄ vide runt dñm.et sub pedib⁹ eius quasi opus sa ꝓbirinum.et quasi celū cū serenū est. Tamē nec super eos qui erant in castris misit ma/ nū suam.id est.non abscondit se ab eis.s̄z vi dentes maiestatē dñi.et non ipsum leti epu labantur. Et vocauit dñs moysen.daturus ei tabulas lapideas inscriptas decalogo. Et assumpto tantum iosue transiuit terminos dicens senioꝛib⁹. Expectate hic.s.in castris. et vsq̄z ad terminos. Si qđ questiōis natuz fuerit.referetis illud ad aaron et bur. Ope/ ruitq̄z nubes montē.iterūq̄z dimisso iosue i quadā planicie montis.sol⁹ ascendit moises ad caliginem. Septimo autem die vocauit eum dominus de medio caliginis.

De tabernaculo faciendo
Capitulum.XLV.

Ingressusq3 moi
ses medium nebule fuit cū dño. xl.
dieb9. 7. xl. noctib9. nec comedens
nec bibēs. Et ait dñs ad eū. Sume p̄mitias
id est. p̄ciosa queq3 a pl̄o israel. sed ab eo tā/
tum q̄ vltro obtulerit aurū. s. et argentum. 7
es iacinctū. et purpurā coccūq3 bis tinctuz.
id est. setaz iacinctini purpurei. 7 coccinei co
loris. et bissuz quod est genꝰ lini egiptij mol
le et candidū. pilos q3 caprax et pelles arie/
tum rubricatas. q̄s partbicas dicimꝰ. quia
partbi sic colorari eas excogitauerī 7 pelles
iacinctinas. 7 ligna setbim. Est āt setbim no
men montis et regionis 7 arboris q̄ similis
est albe spine in foliis. 7 ē leuissimū lignuz et
imputribile. et incremabile. oleū q3 ad lumi
naria. aromata in vngenta . et thimiamata
boni odoris et lapides onichinos. sardoni/
ces et gēmas. et faciant mibi sanctuariū. vt
babitem in medio eox ne sit eis labor recur
rere ad montē bunc. Juxta similitudinez ta
bernaculi q̄d ostendā tibi facies illud ita

De scemate arche.
Cap. XLVI.

Harcham de lignis
setbim facies. q̄ bebraice dr beron.
Et nota q̄ moyses ß ordie narrat.
p̄mo de bis q̄ fuerūt in tabernaculo. scdo de
tabernaculo. tertio de atrio Joseph9 vo ecō
tra. Ille p̄m ordinē p̄positōis. iste p̄m ordinē
collocatōis. Longitudo arche babebat du/
os cubitos et semissem. latitudo cubitum 7
semissem. altitudo similiter cubituz et dimi/
dium. Et intelligitur cubitus buman9 non
geometricus. Quod apparet in altari latera
nensi. infra q̄d dr esse arcba. Etiā ß Ioseph9
vocat cubitū duos palmos. Et dr arcba nō
babuisse pedes. et deaurata est intus 7 foris
auro mūdissimo. Et facta est supra corona
aurea ad modum. s. labij quod in mēsis et
scacarijs fieri solet. Per vtrūq3 latus longi
tudinis bini erant circuli aurei. totū lignuz
penetrātes. et p eos vectes de lignis setbim
deaurati mittebantur. quib9 arcba ferebat.
nec vnq3 extrabebant. In qua post posita ē
testificatio. i. tabule in quib9 scriptuz erat te/
stamentum Tamen queq3 ibi reposita testi
monia dici possunt. Posita est ibi vrna au/
rea plena manna in testificatōnem q̄ panē
dedisset eis de celo. Tabule in testificatōem
q̄ legem naturalem sopitam in cordib9 su/
scitauerat i scripto. Virga aaron in testimo
nium q̄ omīs potestas a dño deo est. Deu
tronominū in testimoniū pacti q̄ dixerant
omia quecūq3 dixerit nobis dñs faciemus.
Ob ß dicta est arcba testamēti vel testimo/
nij. Ob ß etiam tabernaculum testimonij
dictum est. et ideo etiam quia cause p̄ce/
bus eius agebantur.

De propiciatorio et cherubin
Capitulum. XLVII.

Factum est etiam
f super arcbam propositoriuz aure
um. id est. tabula aurea eiusdē lō/
gitudinis et latitudinis. cuius 7 arcba. vt ar
cbam tegere sufficeret. De spissitudine eius
non legitur. Hoc idem dicebatur oraculuz.
quia dñs de loco illo respōsa dabat. Respō
sum autem diuinū dr. q2 orātib9
datur. Dicebat etiam p̄piciatoriū. q̄a exīde
loquens dñs p̄piciabat pl̄o. vel q2 die p̄pi/
ciatōis dicebant gliam dñi semp ibi descen
dere. Ex vtraq3 vero parte oraculi. s. in duo/
bus angulis anteriorib9. positi sunt duo
cherubin aurei et productiles. non s. fusiles. 3
tusionib9 malleox p̄ducti. Sūt āt vt dicit io
seph9 animalia volatilia. babentia figuram
que a nullo bominum visi est inspecta. Hec di/
xit moyses se in sede dei conspexisse figurata
Cherub vnus alterū
respiciebat. versis ta
men vultibus in pro
piciatorium. duab9
quoq3 alis expansis
et mutuo se tangen/
tibus velabant ora/
culum. alas exposito
extendebant.

Possunt etiam dici
ad terram iuxta ar/
cbam positi. v. cubi/
tis alti. vt in templo
salomonis actuz est
postea. nisi q̄ ibi in
duplum maiores
erant.

De mensa ⁊ coronis Ca. XLVIII

Itemqz ait dominus. Facies ⁊ mensam de lignis sethim habentē duos cubitos longitudinis. et in latitudie cubitū. ⁊ in altitudie cubitū. et semissem. spissitudinē vō tacet. et ī aurabis eam ex omī parte auro purissimo. Erat autē vt dicit ioseph⁹ hec mensa prime velut delphica. s. apollinis. habēs. iij. pedes q̄ dicuntur eius altitudo. erant qz ex medietate ptis inferioris rotundi q̄si tibia ⁊ tornatiles. Pars supior opis quadrāguli quasi femur erat. in singulis vō pedib⁹ erat anul⁹ aure⁹. sinusqz erat in pede vbi anul⁹ missus erat. in anulis vō vectes aurati. q̄b⁹ ferebat mensa. Erat aūt labiū in ea p circuitū sicut ī arcba. et labio affixa erat aurea corona alta digitis quattuor. ita q̄ medietas e⁹ sup mēsam eminebat. ne superposita caderēt ex ea. Altera medietas inferi⁹ pendebat ad decorem. et erat corona hec interrasilis. id est. interpolata celaturis et plano. Erāt āt vt aūt hebrei celature ille q̄ imagines regū. et prophetice. tot ibi sunt imagines facte. quot futuri erant reges in hierusalem a dauid vsqz ad sedechiam. Tamen ioseph⁹ videtur velle non fuisse in ea aliud labiū nisi banc coronā interrasilem. i. reticulatā. Huic vō superposita erat alia corona minor ista. Sed quanta et quomodo superposita et an plana vl' interrasilis nescim⁹. tñ aureola vocatur. Hebrei dicunt. et banc ppbetice additam ad p̄signandam diuisionē regni in duo regna. Sicut ariel ezechielis. de interrasili exurgebat p aliquod interpositum. sic ariel interpretatur altare dei. vel leo vorax. quia altare holocaustorum omnia vorabat.

De panib⁹ propositōnis. Capitulum. XLIX.

Et ponebantur super eam duodecim panes azimi ō similia. mundi valde. et ponebātur altrinsec⁹ seni. et ꝓstabant singuli de duab⁹ decimis ephi quas Iosephus duos assarios vocat. Et singulis superponebatur patena aurea. et sup patenaz pūgill⁹ thuris. Iosephus dicit phialas aureas superpositas plenas thure. Hi diluc'o sabbati recētes et calidi imponebantur mense. et erāt ibi immoti vsqz ad sabbatum sequens. tunc illis sublatis. ⁊ toto thure incēso super altare. noui cū alio thure substituebantur. Sublatos vero soli sacerdotes comedebant. vnō sacerdotales dicebantur. Vel etiam ideo vt ait iosephus. quia dominus preceperat. q̄ soli sacerdotes panes illos formarent ⁊ coquerent. et ponerent in mensam. et tollerent. ipsi tamen postq̄z scilicet diuites facti sunt non obseruauerunt hoc. Accipiebantur etiam panes propositionis. quia propositi erant coram domino in memoriam sempiternam. duodecim tribuum filiorum israbel. Vel porro positi id est. longo tempore positi. scilicet per totā ebdomadam. vl' ineternum per successionē ponendi.

De vasis libaminū. Ca. L.

Precepit ergo dominus ꝓ Moysen preparari ex auro purissimo quatuor genera vasorū ad offerenda libamina. et ab offerentibus sacerdoti. a libando. id est. gustādo dicta. et a sacerdote dño. a libādo. id ē. fundēdo. ⁊ poni ea su-

per mensaz.s.acetabula.phialas.thuribula.
cyathos. In his vinū q̄d debebat offerri pre
uidebat̄ z p̄gustabat̄.vtrū dignuz esset offer
ri an nō. Sed qz in colore z sapore vinum di
noscit̄.dz q̄ p̄ter aureas phiale vitree ibi erāt
vnde z a phialin q̄d grece vitruz dr sic voca
bant̄.in imo anguste.in supiori parte ample
in quib⁹ color et sapor poterat cognosci .qs
hebrei sculteillas dicūt. Cyati vo minores et
angustiores erāt z aurei.cū quib⁹ fundebat̄
vinū sup altare p hostie libamēto. In thuri
bulis q̄ et mortariola dicebātur.thus preco
gnoscebat̄ et offerebat̄ similiter et ī acetabu
lis acetū. Sed qz nūq̄z aut raro occurrit de
oblatiōe aceti.q̄dam dicūt acceptabula vbi
sc̄z p̄uidebatur a sacerdotib⁹ q̄ debebantur
offerri.vtrū accepta.id ē.ydonea essent an ñ.
Postea subdiuidūt acceptabula in tria .in
phialas in quib⁹ vinū.et thuribula in q̄bus
thus.et similia.et granū.et sal.et cyathos.in
quib⁹ oleum. Sumebant enī sacerdotes p⁹
de his q̄ offerenda erāt portiunculas.quas
in hmōi vasis ponebant ad p̄gustandū q̄si
libando de singulis.que libamia dixit moy
ses offerenda.id est de offerendis sumenda.

De candelabro aureo. Capitulum.LI.

Precepit quoq3 dñs fieri candelabrū ex auro pu
rissimo ductile. Cui⁹ hastile basi infixū erat z ferreum.
dicit. Cui⁹ hastile basi infixū erat z ferreum.
superextituz calamis aureis q̄nq3 genicu
latis ad modū canne. Ubi āt calamoz capi
ta inter se iungebātur.capita habebāt tumē
tia.z inuicē ad modū cybi quē cuppam di
cim⁹. Iūgebātur āt inter se tāq3 duo cybi in
modū nucis.z ex fundo cuiusq3 cybi proce
debāt flores recurui q̄ lilia.et in ipo fundo
inter cybum et lilia erat sperula volubilis
sicut in capitib⁹ cathedrarū subsunt sperule
volubiles.et ita cum in hastili essent.v.cala
mi.in hunc modū copulati.viij.erant ibi iū
cture.quaz queq3 habebat q̄ cybos duos
sibi iunctos.et sperulas simul et lilia.z hoc est
q̄d moyses dicit in hastili quattuor fuisse cy
phos in modū nucis. Iñ hebre⁹ non dicit
cybos.sed nigellatas rotūditates.s.nigello
distinctas. Ex hoc hastili procedebant tria
brachia ex latenib⁹ binc z tria inde ferrea.q̄z
vnūquodq3 superextitū erat calamis aure
is ad modū hastilis.z in iūcturis coibāt ca
pita calamoz q̄ cybi in modum nucis cuz
sperulis et lilijs. Et qz in vnoquoq3 q̄ttuor
cybos dicit moyses fuisse.videt vnūquod
q3 quattuor calamos habuisse. Videtur iñ
quibusdaz nō sperulas fuisse in fūdo cybo
rū vt dictū est.sed in media planicie cuiusq3
calami sperulaz volubilē suppositam. Sic
erat candelabrū ex ferro calamis aureis su
perinducto factū si fusile fuit.si vero ductu
le simpliciter ex auro fuit.et malleis mirabi
li artificio in banc formā productū. Erat aūt
vt dicit iosephus.ex.lxx.ptib⁹ cōpositū. in vna
base erectū.sic in hastili et brachijs erāt cala
mi.xxix.non integri.sed ex duab⁹ ptib⁹ ī me
dio vbi partes iungebantur erat sperula su
perposita.ne iunctura videretur et putaret
calamus vn⁹.et ita erant calami.xxix.cuz to
tidem sperulis.lviij.q̄nq3 partes in basi.vij.
lampadū sedes. Quocunq3 vero modo fa
ctuz fuerit in summo.vij.habebat capita eq̄
lia.super que ponebantur.vij.lucerne auree
Infusoria.etiam septem ex auro erant.quz
bus oleum lucernis infundebatur. Erant
q3 ibi forcipes dicti emunctoria ex auro ad
emungenda vel extinguenda licinia. Etiam
vascula ex auro erant ad extinguendum in
aqua que emungebantur.ne tetrū redderet
odorem.dicta extinctoria. Omne pondus
eius cum vasis suis habuit talentum auri
ad pondus sanctuarij.tria enim habebat ta
lenta.minus.l.librarum.quod erat institoz
medijū.lxx.quod erat ciuium.maximū .c.xx.
quod erat sanctuarij. Tamen iosephus dic
ipsum habuisse.c.minas.quas hebrei citares
dicūt.greca lingua interpretatum talentum
nuncupatur. Positum aūt erat ad austrū
contra mensam non recte quidem.sed obli
que.

De parietibus tabernaculi Capitulum.LII.

Precepit quoqz dñs fieri tabernaculū in būc modū. Tabernaculū erat dñi deo dicata q̄drata ⁊ oblonga. trib⁹ clausa parietib⁹. aquilonari meridiano. occidētali. liber patebat introit⁹ ab oriēte. vt sole oriente radijs ei⁹ illustraret. Longitudo e⁹ erat. xxx. cubitoꝝ. latitudo decē. altitudo decē. In latere meridiano erāt tabule de lignis setbim stātes. xx. quarū vna queqz ī lōgitudīe habebat cubitos. x. ī spissitudine digitos q̄ttuor. ī latitudine cubitū ⁊ semissem. Jū gebāt autē sibi mutuo incrastrate. ne rimula esset ibi aut planicies parietis ī equalis. ⁊ erāt inaurate ex vtraqz pte. Suppposite vo singule duabus basib⁹ argēteis pforatis. in quaꝝ foramibus cardines aurei imittebāt. in vtroqz angulo tabule eminētes sic in scrinijs fieri solet. Tñ augustin⁹ videt velle. q̄ vna basis esset sub tabula. et altera supra p̄o epistilio. sz lra cōtra est q̄ dicat. q̄ bine bases singulis tabulis per duos angulos sūmitebant. Utrū āt tabule suspense a terra sup bases. an inter bases ad terrā ptingerēt nō legit. Eodē scemate fact⁹ erat paries aquilonaris. Ad occidentez vo erant. vij. tabule p̄ oia similes alijs. ⁊ eodem modo stantes in basib⁹. Sed cū nō iplerēt nisi. ix. cubitos. dimidi⁹ cubit⁹ ex vtraqz parte vacuus patebat. et ideo tabula vno cubito lata secta ē p medium. et facte sūt due tabule semicubitales. q̄ vtrinqz a posite parietez occidētis alijs duob⁹ cōpagina uerūt. q̄ etiam singule duab⁹ basib⁹ imittebāt. Ne vo vētorū impulsu. vel qualibet alia causa parietes p̄cuterētur. singule tabule habebāt anulos aureos p ordinē. velut quibus dā radicibus p̄fixos. p q̄s vectes p trāsuersū parietis immissi tabulata firmiter p̄tinebāt. Erant aūt vectes de lignis setbim inaurati singuli q̄nqz cubitoꝝ. imittebaturqz caput vni⁹ vectis in caput alteri⁹ in modū cocci. vt ex pluribus sic ineris q̄ vn⁹ vectis imense longitudinis videret. sicut in baculo cambuce pōtificalis eburneo fieri solet. Hoc sane planū esset. nisi dñs addidisset q̄. v. vectes essent in latere ad aquilonē. ⁊ totidem ad austrū. ⁊ totidem ad occidentē. qō min⁹ cōgruū videt. Cū ci quilibet vectis. v. erat cubitoꝝ. v. ptensi in latere vno. xxv. cubitos tantū p̄tingebāt. Itaqz. v. cubiti illi⁹ lateris remanebāt intacti. in occidentali vo latere duo tantū sufficiebāt. Sūt q̄ dicūt de trib⁹ vectib⁹ supfluis. vnū supadditū. v. vectib⁹ in latere septentrionali. ⁊ alū in australi. et sic q̄ illis deerat adimpleiuz. Tertiū sectū dicūt in duos qui positi erant in duob⁹ angulis parietum. vt recuruati iūcturas angulorū colligarent sicut iuncture anguloꝝ in scrinijs strapis ligari solēt. Sed hoc ex lrā colligi nō potest. Quia ergo in littera est. v. vectes imitti p tabulas medias a summo vsqz ad summū. de altitudine parietis itelligi potest. Erat aūt iuxta summitatem parietis supremā vn⁹ ordo vectium extensus in longū p totum parietē. ⁊ iuxta sūmitatē inferiorem alius ordo in eūdem modū. et in media planicie tres ordines. vt q̄ dictum est. v. vectes fuisse in vno latere potius ad numerū ordinū q̄z vectū referat. Erant aūt in vna quaqz tabula q̄nqz anuli. ⁊ in quolibet duoꝝ parietū vectes. xxx. q̄a. v. ordines quilibet. vj. vectes habebat. i latere occidentali. x. vectes bini p singulos ordines. Sūt qui dicunt nō oēs vectes eiusdem q̄ntitatis fuisse sed quilibet vectiū. v. qui erant in magnis laterib⁹. erant. vj. cubitoꝝ. et ita. v. sufficiebant ad p̄tinendū. xxx. cubitos. ⁊. v. vectes q̄ ad occidentem erant singuli duoꝝ cubitoꝝ erant. Sed iosephus loquens de his vectibus ait vnoquoqz habente magnitudinē cubitoꝝ quinqz.

Una tabula erat īcisa et cauata in frōte ex vna pte. similiter ⁊ altera tabula erat incisa et cauata ex altera parte. in fronte vero p̄iungebantur

De distinctōe tabernaculi et vtroqz velo. Cap. LIII.

Tabernaculū hoc tripartitum erat in duas ptes. Posterior pars ad occidentem. x. cubitis protendebatur. et ita quadra erat in longum. l. et in latum. et in altum. x. cubitorum.

Hec pars aditū dicebatur. vel sanctū sancti. vel sanctuarū sanctuarij. vel sancta sanctoꝝ. Interior pars ad orientē. xx. cubitis protendebatur. q̄ communis erat sacerdotib⁹. et hꝫ dicebatur sanctū vel sācta. vel sanctuarium. Respectu hⁱ posteriorꝫ dicebatur sanctū sancti. quasi cōsecutiuū sancti. vt ꝺr seculū seculi. vl sanctū sancti. id est. sanctus sancto. vt dicitur dñs dominoꝝ. vel rex regum. Ad alterutras vero partes separādas posite erāt in medio quattuoꝫ columne de lignis setbiz deaurate. capita habentes aurea ⁊ bases argenteas. Tamen iosephⁱ dicit quattuoꝫ fuisse tabulas ad modum alaꝝ operatas. equaliter a se inuicem distantes. inter quas tres angusti patebant ingressus. Super capita vero columnarū suppositi erant duo vectes decem cubitoꝝ. a pariete in parietem protensi. in quibⁱ per circulos aureos īmissum dependebat velum. ante quattuoꝫ columnas extensum. quadrum in omni parte scz decez cubitoꝝ. vt ex omni parte phiberet aspectuz interioꝝ. Erat autez velum factum de byssoretorta. quod est genus lini candidissimi et mollissimi. et de iacincto et purpura ⁊ cocco bis tincto. id est. ⁊ filis sericis. iacinctini purpurei ⁊ coccinei coloꝛis. opere plumario cōpositum. id est. opere acu picto. Pluma enī lingua quadaz acus ꝺr. scz egiptioꝝ. quoꝝz sunt diuerse lingue sicut grecoꝝ. Hoc genⁱ veli vulgo bistratum ꝺr. quasi bis stratum. Porro enī fit tela cui cuz acu opere manuali substernunt diuerse picturationes. Sūt qui dicunt opus plumarum. a similitudine auū. quibus superaddita est plumaruz varietas. Idem opus dicitur etiam polimitū. a poli quod est multum. pro multitudīe picturarum. Erat aūt hoc velū pulchra varietate ⁊ textum. ex vniuersis vt ait iosephⁱ floribⁱ. q̄s gignit bum⁹. ⁊ alijs picturis q̄s poterant interserere pictoꝛes. p̄ter animalium formas. In ingressu vero tabernaculi q̄nq̄z colūne erāt ꝺ lignis setbim deaurate capita habentes aurea. Bases vo eneas. sup quas duo vectes. vel vnⁱ decē cubitoꝝ. p̄tēdebāt a parietē i parietē. In vtroq̄z capite sui vtriq̄z parieti insertⁱ ad modū trabis in domo. a q̄ dependebat aliud velum per circulos aureos insertuz ad modū prioris operatū. Sed ſm iosephum vsq̄z ad medietatem colūnaꝝ dependebat. tegens eas per quinq̄z cubitos reliqui quinq̄z vsq̄z ad terram ad ingressuz sacerdotum patebant. Super hoc vero dē aliam cortinam laneaz superpositam vsq̄z ad terram ptingentem. funibus per anulos eam ducentibus et retrahentibus. vt in diebus festis reducta preberet aspectum tabernaculi. In alijs diebus superducta prohiberet aspectum. precipue cū nubilū videretur. Textus enim fortis erat et facile laborez sustinebat. et in ingressu templi salomonis. similem dicit fuisse appensam. Erat enim interioꝛ sanctuario archa federis cū his q̄ in ea reposita dixim⁹. ⁊ cū his q̄ erāt ei suppositā. In anteriorꝫ vo cādelabrū ad austrū. mensa ad aquilonē. In medio āt velū nō longe ab aditu altare aureū. qō etiam iosephus thuribulū aureū vocat. de quo post dicemus.

¶ De cortinis et sago. Cap. LIIII.

TEctū tabernaculi t non concameratū. id est recurruuz sicut in ecclesijs. sed planū ad modū palestine fuit quattuoꝛ operimentis aptatū. Primum operimentum fuit cortine. x. que etiam vela vel tentoria vel quandoq̄z tabernaculum vocantur. que erant facte de quattuoꝛ predictis coloꝛibus opere plumario. Longitudo cortine vnius erat. xxviij. cubitorum. latitudo quattuoꝛ. quarum q̄nq̄z mutuo sibi iungebantur. et quinq̄z similiter. vt quasi due cortine ex quibus sibi coniunctis redderentur. Jungebantur autem ansulis iacīctinis. que in vnoquoq̄z latere cortinarum dispositē. altera contra alteram veniebant. et hinc anulo aureo colligabantur. sicut ad ornatum colli fibule argentee vel auree. vtramq̄z oram capitij solent colligare. Dicit tamen Josephus anulis aureis ⁊ vncinis eas fuisse iunctas. Secundum operimentum erant saga cilicina. que et vela vl capillatia quandoq̄z vocantur. que de pilis

caprarū quos capillos quandoq; dicimus ad differentiā lanee ouium facta erant. ō quibus et cilicia fiunt Unde et illa saga cilicina dicta sūt. q̄ p asperitate saga dicebant. vnde et quosdaz pannos asperos sagias dicimus. Uel forte ex q̄dratura saga dctā st. Unō et militare pallium a gallis inuentum quia quadrum erat sagum dictum est. Quod tamē ex aspero fiebat panno contra aeris intēperiem. et potuit dici sagum. Erant aūt saga hec. xj. lōgitudo sagi vni⁹ habebat cubitos. xxx. latitudo quattuoz. et erant. v. sibi mutuo iuncta. vt quasi vnū sagum facerent. et alia. vj. quasi in vnum sagum iuncta. Jungebant autez anulis aureis insertis ansulis cōtra se venientibus. Utrum aūt singule cortine vl' saga sibi inuicem ita copularentur. an. vj. cortine sibi consute filo inseparabiliter in vnaz cortinam iuncte erant. et alie. v. similiter. et ad tegendum tabernaculū hee due magne cortine tantum anulis et ansulis iungerentur. non elucet.

De modo tegendi secūdū bedā. Cap. LV.

Quomō uero ex his tegebatur tabernaculū videamus pius. Scōm Bedā p̄tendebantur decem cortine sibi copulate p transuersum scz tabernaculi. totum operientes tabernaculum. Et descendentes p latera vno cubito distabant ex omni parte a terra. Et q̄a simul iuncte. xl. cubitos implebant longitudinem tabernaculi q̄ erat. xxx. cubitoz tegebāt. Et. v. cubiti dependebant iuxta latus occidentale. alij q̄nq; tantuz descendebāt añ aperturā que erat ad orientem. Tamen ne incomposite penderēt vbiq; cortine trāsgredientes duo magna latera tabernaculi vsq; in medium aperture trahebant ibiq; mutuo iungebantur. z similiter in latere occidentis. Et ita ex omni parte tabernaculū erat tectū cortinis. vno tantuz cubito circa terram ex omni parte nō velato. Supponebantur saga similiter per transuersum. sed q̄a erant. xxx. cubitoz p latera descendebant vsq; ad terram. et ita cubitum cortinis non velarum ipa velabant. Sed quia ex transuerso. xliij. cubitos habebant. cum essent. xj. simul iuncta. z vnū quod q; erat quattuoz cubitoz. longitudinem tabernaculi. xxx. cubitis tegebant. ō quattuor decim qui superant. vij. descendebant ad occidentem. et. vij. ad orientem. Partes vō sagorum que superant pendentia iuxta latera duo magna vsq; ad terram ex vtraq; parte reducebantur ad tegendum introitū orientalem. Sed q̄. vij. cubiti ex vtraq; parte veniebant. in spacio vero introitus decem tantū erāt. supersuebatur sagum sago. Uel forte in summitate cuiusq; duo cubiti retro plicati consuebantur instar ozarum vestimenti. et tunc ex equo venientia saga de lateribꝰ in medio introitus copulabant in eodez loco in quo et cortine. et similiter in latere occidentis. Propter huiusmodi superfluitatez. vel replicationem sagoz̄m dicit Beda primo dixisse dominū moysi. sextum sagum in fronte tecti duplices. id est. dimidium sagum quod excedit cortinas in introitu superfluens vel replicabis. Et post planius addidit. qō supest in sagis. id est. vnū sagū qō amplius est ex medietate eꝰ operies posteriora tabernaculi. id est. latus occidentis. Duplicabantur aūt ita vt impetū ventoz posset sustinere. z p̄m hāc dispositiōem tabernaculū ex oī parte tegebāt saga vsq; ad terrā. et nil ex eo videbāt. et tentoriū quod erat in introitu

Nota q̄ ait quinq; cub. de. vj. Non ideo B dicit q̄n p totā partem occidentalem simul et orientalē ōpē derent q̄nq; cubiti. sz q̄ illa pars cortine q̄ ōpendebat in latera descendebant vsq; ad terrā. et ita cubitum cortinis non velarum ipa velabant.

Quo dicūt vti regesfrātoz̄ cum p̄mum coronāt. Quadratū est. iū gūt ad collū. et caret omni sutura

pciosū.inutilit ibi erat.z cū sacerdotes intrabāt tabernaculū.l'necesse erat attollere sagaz cortinas vt subintrarent.vel si in medio iūgebantur vncinis et anulis.ad introitū eoz dissoluebantur

Josephus aliter. Ca.LVI

Hlia est iosephi dispositio cui ꝓsentit origenes.z videtur ꝓbabilioz.Ait enī decē cortinas sibi mutuo iūctas.vt dictū ē a frōte tabernaculi sup introitū extendi ptrāsuersū.et tegere totū tabernaculū.et descendē iuxta latus occidētis vsqz ad terraz. Introitū vo ñ tegi aliq̄ pte cortinarū.cū ppriū velū haberz. Similit z de sagis totū dicit operiri tabernaculū.excepto introitu. Ex qz duo cubiti sagoruz supsūt cortinis.ex vtraqz pte dicit eos replicari sub cortina.ne vent⁹ intrans inē saga et cortinas.totū ꝓcuteret operimentū. Pro q̄ et dictū putat. Sextū sagū in fronte tecti duplices.sz ei ꝑm ꝓ speciosa et ꝑciosa plurimuz ꝓs extrinseca tabernaculi nō videbatur.nec illud cortinaz q̄d circa tabernaculuz deffluebat. Frustra ergo tāti facta videbātur. Quo circa forte ex oi pte cortine et saga funibus extendebāt circa tabernaculū.et paxillis ereis colligabātur funes.qz z paxillos habuisse tabernaculū ifra moyses dicit.z i modus tecti dependētis circū quaqz attollebātur.vt z tabernaculuz vndiqz videri posset.et circūiri ab ingredientib⁹ sub cortinis.

De pellib⁹ superpositis Ca.LVII.

Quocūqz uero mō q bec duo opimēta dispolita fuissent de reliqs duob⁹ nō est q̄stio. Sane tertiū erat opimentū de pellib⁹ arietū rubricatis.q̄ supioza tantū tegētes.ad latera ñ descēdebāt.fumib⁹ et paxillis ereis affixis terre circūligate. Quartū qz opimētū i eū dē modū erat suppositū de pellib⁹ arietū iacinctinis.suppolita vero erant hec duo ppē estuz et imbrium diffusionem. Multos itaqz vt ait iosephus stupoz habebat a longe inspicientes.nam colorem ei⁹ in nullo putabant differre a celo.

Quid figurabāt predicta. Capitulum.LVIII.

In hac cōpositōe tabernaculi patet deū z nō homiez sic dispolsuisse.q̄a vt ait iosephus singula boz ad formaz rerū facta reperiet si q̄s absqz inuidia velit hec ꝓsiderare. Addit ei q̄d soli pontifici priuum erat.figurabat celū deo et angelis attributū. Sanctuariū vero q̄d i duplo erat.terrā z mare cūctis gressibilia.sic z illa ps cōmunis sacerdotibus erat. Cortine celū sidereū.saga aquas q̄ sunt sup firmamentū. Pelles rubricate celum empireū.in q̄ sūt angeli. Jacinctine celū superius vbi de⁹ sup oia. Ñ in quattuoz colorib⁹ verozū dicit iosephus figurari q̄ttuoz elementa. Per byssū terrā.qz de tra ē.z ꝓmo terreuz et viridē colorē hz. Per purpurā mare.q̄a ex conchis marinis tingit. Per iacinctū aerē. qz in colore ei similat.

Per coccū ignē.qz i colore ei assimilatur
Per mensam tēpus vel annum. Per panes duodecī menses
Per coronā q̄ttuoz digitoz.annū solarē q̄ttuoz tēporū. Per coronā minorē annū lunarē. Per septē lucernas cādelabri.septez planetas. Per.lxx.ei⁹ partes.decarmoniā planetaruz. Forte q̄ quisqz planetarū hz decē dignitates l'potestates. Quinqz naturales.z q̄nqz accidētales.i q̄b⁹ armonice. id ē.ꝓportionaliter se habēt. In candelabro notat.qz q̄ sub eis sūt adipos tendūt.i.mot⁹ naturales z effect⁹ ab eis habēt.q̄d et notat ornat⁹ e⁹.cipbi.i.vasa liq̄ris aquā.spezule solē specū.lilia aerē.q̄ sol⁹ viciat odorib⁹

Est annus legittimus
est annus vsualis.est z
annus emergens. Annus leg.a lunatione
aplis incipiēs. vsual'
a kal'.ianū.inchoans
emergens. qualibet
die incipiens.

Deca decē et armonia.i.cōcordia. Inde decarmonia.i. cōsonantia planetaz.

De altari holocaustoz. Ca.LIX.

Precepit quoqz dominus fieri altare de lignis setbim.

Altare ꝺicebatur holocaustꝝ vel holocaustoꝝ. vel holocaustomatū. Et posset dici sacrificioꝝ. ꝙz a dignioꝝ nomē accepit. Erat ãt in lōgitudine ⁊ latitudine q̄nq; cubitoꝝ. ſ. q̄drum. et altitudine triū. cui tãq; nimis alto adhorãtes ministratōis aliq̄d apponebat. in quo staret miſter. qō ipleta ministratōe tollebatuꝝ Altare ei gradꝰ habere alibi pbibet. Erat ei cōcauū instar arche sine opimēto. parietes ligneꝰ. sed opti erant ere intus et extra. ꝙz vti nō possent. sicut nec antiton vel lignuꝝ paradisi q̄libet qō vrendo fit mundꝰ. area eius siue arula erea erat tãq; fundꝰ arche. super quã fiebat ignis q̄ p feneſtraꝝ q̄ erat in latere orientali ponebatur. In quattuoꝝ angulis superioꝝbꝰ erãt extra quattuoꝝ recurua cornua. in quibꝰ q̄ttuoꝝ catene anulis inserebãtur. de quibꝰ dependẽs craticula erea i modū retis facta. vſq; ad mediū altaris intꝰ descendebat. sup quã cremãda in odoꝝẽ domino ponebantur. q̄ ignis p circulos craticule ascendẽs de arula ꝓsumebat. Circa ãgulos vero inferioꝝes. q̄ttuoꝝ erant anuli enei. i quibus vectes ponebãt de lignis setbim operti ere ad portandum altare. Be ꝫtñ altari ⁊ craticula eius ambiguitas est. nō solū inter nos. verū etiã inter hebreos p̄cipue cum hebraica veritas a nrã translatōe nil discrepare videatur. Nos q̄dem sic habemꝰ. Facies craticulã in modū retis enea. p cꝰ q̄ttuoꝝ angulos erũt q̄ttuoꝝ anuli enei. q̄s pones subter arulam altaris.

eritq; craticula vſq; ad altaris medium.

Hebreus vero sic ꝫ Facies ei michar. id est. craticulã. factuꝫ retis eneꝰ. et sup rete q̄ttuoꝝ anulos eneos.

Juxta p̄dictã opinionẽ exponitur subter vel sup. vt sic ordinatur lra. Quos pones subtus. i. subter quos pones.

⁊ dabis illã fundũ are de subtꝰ. eritq; rete vſq; ad altaris mediũ. Josephꝰ ãt sic. Cui suberat craticula i modū retiaculoꝝ facta. Suscipiebat ei terra ignẽ q̄ de craticula ferebat. q̄ bases nō erãt ei subiecte. Cassiodoꝝus tñ senatoꝝ i pictura quã fecit. cuius in expositione psalmoꝝ meminit q̄ttuoꝝ pedes i vtroq; altari fecit. Prout de videtur q̄busdaꝫ nō

superponi craticule carnes assandas. ꝙz sufficiẽs q̄ vas quoddã in quo sederet altare cuiꝰ parietũ altitudo altare ambiẽs. vſq; ad mediũ altaris eleuata essꝫ. in cuius ãgulis sursum q̄ttuoꝝ anuli pẽdebãt. per q̄s vectibus insertis altare ipi insidẽs portaretur. Altare enī non legitur alios anulos habuisse. Sed vtrũ separatũ esset hoc vas reticulatũ ab altari. ita vt amoueri posſꝫ altare ab eo cũ vellent et superiponi. an de ipo altari ope fusili ita fabrefactuꝫ esset. vt q̄ apposituꝫ videretur ambiguum est. Super arulaꝫ vero altaris quam in medio eius positaꝫ dicũt. per feneſtram ab oriente ſtrucm lignoꝝ imponi asserunt. et super ligna carnes imponi assãdas. Vel non erat ibi arula. sed super craticulaꝫ suppositam fiebat ignis. qō velle videtur iosephus in p̄dictis verbis. Aliꝭ videtur nec experimentũ nec fundum ipm̄ habuisse. sed parietes tantũ terra repleri. sm q̄ dominus dixit. Altare de terra facietis mihi. in cꝰ area superioꝝ fiebat ignis. vbi cremãda imponebãtur Et de craticula altari superposita idē sentiũt. Arula vero subter quã craticula posita legitur. hebreus areunculã vocat ſ sulcũ. quẽ i medio parietum altaris fuisse dic̃. vſq; ad quez locum altitudo craticule pertingebat.

Hoc sm p̄dictas sententias nō ẽ seruatũ sed mistice.

Quia forte cōcauus erat locus ad recipiendos cineres hostiarum.

De situ altaris et vasis eius. Capitulum. LX.

Positum aũt erat p altare ante tabernaculũ sub diuo non directe ante introitũ. ꝙz aliq̄n⁊ to ad meridiem descendens. ita vt ante ipm immolantes stantes ad aquilonẽ. in ipsum tabernaculum vſq; ad sancta sanctoꝝ inspicere possent. Et q̄ stabãt ad aquilonẽ. id est in altaris latere aquilonari. et ꝓtra meridiẽ. q̄nq; legit eos sacrificasse ad aquilonẽ. quãdoq; ad meridiẽ. Erantq; in vsus eius lebetes ad colligendos cineres cum abũdabãt et deportandos q̄ in locũ secretũ ⁊ mundꝰ

reponebãtur.z forcipes ad emẽdandũ ignẽ altaris. Et fuscinule q̃s grece creagras dicimus. q̃ inde de caldarijs carnes cocte proferebantur. et patilla. q̃i vatilla a vebendo q̃ bus pzune ab ℔ altari ad altare thimiamatis deferebantur. pzeter cacabos et ollas ad carnes coquendas. q̃ tñ iuxta altare non coquebantur. Omia vo enea erant. Hebreus vero sic habet. Facies eo ollas. et eo palas. et eius pelues. et eius vncinos. et eius ignium receptacula.

De atrio circa tabernaculũ. Capitulum. LXI.

Erat aũt atriũ circa tabernaculũ ĩ latere meridiano. c. cubitoz. in aquilonari. c. in oriental vero. l et totidẽ in occidentali. Et sic quadrũ erat vl quadrãgulum sed nõ quadratũ. sed ĩ forma altera pte lõgioz. Erantq; in latere australi. xx. columne alte. v. cubitis. vestite laminis argenteis. capita habentes argentea cũ celaturis. cũ basibus eneis. spacio quinq; cubitoz ĩter se distãtes. super quas anuli singulis inerant. p tingebãtq; funes ab anulis vsq; ad capita paxillorũ qui erãt cubiti vnius magnitudine. et p singulas colũnas in terrã valide fixi. vt atriũ ĩmobile custodirẽt. Cortina vo de bisso mollissimo. c. cubitoz ĩ longum. z. v. in latum p columnas dependebat. ℥ capite vsq; ad basem diffusa. vt nihil a pariete differre videretur. nisi forte paeris intemperie. q̃q; retro fumib9 z paxillis traheretur. vt sub ea tãq; sub tecto reciperetur populus. In eundẽ modũ latus aquilonis xx. colũnas z cortinã habebat diffusaz. ab occidente vero decẽ colũne. et cortina cubitoz .l. atriũ cingebat. In ingressu vo ad orientez tres colũne hinc et inde tres stabant z cortine iuxta has diffuse nihil a porib9 differẽtes. In medio vero latere ei9 quattuor erant colũne in modum portaz. quib9 appensũ erat velum de quattuor pciosis colorib9. pextũ opere plumario. quod ad egressum z ingressum facile attolli et deponi poterat. Notandũ tamen in longioribus lateribus fuisse colũnas .xx. inter q̃s erant aperture .c. cubitoz̃. et in duobus minoribus. ix. sed ppẽ angulares q̃ cõmunes erant duob9 lateribus. dicũtur ibi .xx. ℔ vo decez. Et designauit dñs p numerum colũnarũ. numeruz intercapedinuz. Habebat ergo vtrumq; latus magnum .xx. colũnas. i. xx. intercapedines. Sed ĩ latere meridiano. xx. tantuz colũne essent. cuz vnaqueq; distaret ab alia quiq; cubitis. cũ fuerint inter eas. xix. interstitia non habebant in longitudine nisi nouagita q̃nq; cubitos. Idem et de latere aq lonis intellige. Hãc obiectionem soluit magister. Alia latera. x. colũnas. i. x. intercapedines.

De lucernis tabernaculi Capitulum. LXII

Precepit etiã dominus offerri a filijs israel oleũ oliuarum purissimum. piloq; tusum. Hoc enĩ purius est q̃z nuceuz. vel lineũ. l' mirtinum. vel rasaninum. vt semp arderet ex eo lucerna in tabernaculo testimonij. quaz accendebãt aaron et filij ei9 vespere. et vsq; mane lucebãt sup candelabruz septẽ lucerne coram dño. in die vero tres tatũ. Licnus lucerne papireus erat. cincendula vo quam mergum dicimus aurea.

De cõmunib9 vestib9 sacerdotũ Capitulum. LXIII.

Iterum locut9 est dñs ad moysen dicẽs. Applica fratrem tuum aaron ad te. cuz filijs suis de medio filioruz israhel. vt sacerdotio

fungantur mihi.faciesq3 vestē sanctaz fratri tuo.in q̄ sanctificat9 mihi mīstret ¶ De his sane vestib9 q2 ꝓfuse agit historia.ad euidētiaz ꝓgruo ordine ꝓsequamur. Quattuor erāt vestes tam sacerdotib9 minorib9 q̄s chanecos vocabant.q̄z ꝓncipi sacerdotum.quē azarbarchū appellabant cōmunes.7alie quattuor post illas quibus solus arabarchus.ad ē. ꝓnceps sacerdotuz vtebatur.quib9 ꝑm ordinem hūc induebatur. ¶ Purificatis ꝑus manibus et pedibus aqua.sacerdos induebat manachasim qđ ꝓstrictoriū sonat.qđ grece braccе.latine feminalia dici potest.Eratq3 đ bisso retorta contextū.ingredientibusq3 per ipm pedibus.ascēdebat vsq3 ad lumbos ibiq3 fortiter stringebatur.et vsq3 ad genua tantum descendebat. ¶ Noster tamē pontifex quia iugez habet continentiam tantuz sandaliis pedes tegit.ac si dicatur ei.Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet. ¶ Cōđ bissina sindone duplici vestiebatur.qđ cetomone id ē lineū dicebatur. quam nos lineā strictam siue camisiā vel subuculam dicimus. quam moyses abanech appellauit. sed post a babilonijs discentes hebrei emissaneaz dixerunt. ¶ Est āt descēdēs vsq3 ad talos.7 decēt corpoꝛ coaptata.sed manicis brachia valde ꝓstringēs.nastilib9 vl nastulis bincīde sup humeros capitiū ꝓstringentib9 Tertio stringebatur balteo lato.q̄i digitis q̄ttuor sic reticulato.vt q̄i pellis viperea quā i estate exuit videret ꝓtexta floꝛib9 coccineis purpureis7 iacinctinis.stamē vero tantum bissinū erat. sumens initiū cingendi a pectore.circumductis lateribus iterū ante vmbilicum rediebat. ibiq3 modice stringebatur.et vsq3 ad tibias dependebat ad decoreꝛ dū sacerdos nil operabatur.cuz āt sacrificabat.ne impediret pēdentes sūmitates sup leuū humerū reflectebat.vnde et forte diaconus q̄nq3 casulaz plicatam eidē humero supponit. ¶ Quarto simplicē thiarā gestabat in capite.a cidari pontificali plurimū differentē. Erat enī modū parui calamari vl cassidis modice.medietatem verticis excedens.dicebaq3 manephet babens vittas q̄ inuolute sepius nectebant. ne facile laberetur.babens desup aliud velamen bissinū.vsq3 ad inferiora barbe descendens.celans pilei ligaturas et totaz capitis supficiem.aptatiq3 pfecte ne laboraīte sacerdote rueret.

¶ De pontificalib9 indumentis Capitulum. LXIIII.

¶ Super hec ꝓpriis q̄ttuoꝛ vestib9 induebat arabarchus.quaz ꝓma tunica erat iacicti na poderis vel ypoditis dicta.i.talaris quā hebreus mechir dicit. Eratq3 de duab9 incisionibus facta.cōsuta sup humeros.7 plate ra in modū dalmatice facta.manicas eiusdē coloris habens assutas.capitium habēs nō ex trāsuerso super scapulas sed in longum. sectionem habebat a pectoꝛe vsq3 ad medias scapulas.cui aperture ne ante 7 retro turpiter appareret.assuta erat vitta.q̄ sup scapulas bincinde nastulis astringebatur. ¶ Habebat autē ꝓ fimbrijs.lxxij. tintinnabula aurea quibus erant immixte totidem nastuli q̄i mala punica ex iacicto7 purpura7 cocco bis tincto.ita vt p9 tintinnabulū eēt malū granatū.q̄i interscalari mō posita.vt audiret sonus cū sacerdos sol9 ingrederet vel egrederet sāctuariū.et nō moreretur. ¶ Sup hanc tunicā videt iosephus velle accingi pontificem cingulo ꝑdicto quo alij sacerdotes sup lineam tunicaz. alij nōdū ipm accīgi dicūt.sed sup ephod vt sup oīa indumenta ad vltimū cingere tur. Fuerūtq3 q̄ dicerent duas zonas habuisse pontificē. ꝑmam Et si ad lrām veruz nō fuit. q̄ moꝛeretur sacerdos cum sonus nō audiebatur.tñ allegoꝛice pßatur intelligi q̄ non debent esse muti sacerdotes q̄ debēt curaz gerere gregis sui. ¶ Unde dr. Ue cani nō latranti

ad modū sacerdotū.scdam sup ephod.que
due tūn.p vno habebātur indumento. Secda
vestis erat ephod similis supbumerali gre/
cor de pdictis q̄ttuor coloꝛib⁹ auroq3 ptextū
sine manicis ad modū colobij.descēdens vs
q3 ad renes.adeo vt supcingi posset superio
rem ptem tunice iacinctine tegens.inferiorē
relinquēs intactā. Ore vo laterū vncinis et
anulis aureis iūgebātur.aperturam habēs
in pectore quadram
ad magnitudinē pal
mi.q̄ qua logion inse
rebat.i cui⁹ pte supe/
rioꝛi sup vtrunq3 hu
merū infibulati erāt
auro duo lapides oni/
chini.sardonices ꝑm ioseph̄.ꝑm.lxx.smarag
di.in quib⁹ erāt sculpta.xij.noīa filioꝝ israel.
ꝓuincialiū⁹ lrīs.lingua hebrea.iuxta ordinē
natiuitatis eoꝝ.vj.no
mina seniorū i hume
ro dextero.minoꝝ in
sinistro ob recordati
onē filioꝝ israel. Ha
bebat āt capitium ex
trāsuerso sup hume
ros fortib⁹ loris con
textum. Qđ legitur
samuelē et dauid̄ du
to ephod.aliud erat
et ꝑpe ephotar dice/
batur.et erat lineus.
istud vero mira pul
chritudine vmicula/
tū. Tertiū erat ornamentū qđ hebreus essin.
grecus logion.latin⁹ rōnale dicit.quadran/
gulū et dupler.ne pondere gemmaruz rūpe
retur.mensurā palmi habēs.s. aperturā su/
per humeralis implere sufficiēs.ex predictis
q̄ttuor coloꝛib⁹ ptextū et auro.eodē scemate
q et sup humerale. Erant q3 in eo.xij.lapides
auro firmiter inclusi.p q̄ttuor ordines trini
in singulis. In pmo ordine sardius.topazi⁹
smaragdus. In scdo.carbūculus.saphirus
iaspis. In tertio.ligurius.achates.ametist⁹.
In quarto.crisolitus.onichinus.et berillus
In quib⁹ erant sculpta.xij.noīa filioꝝ israhel
iuxta ordinē natiuitatis sue singula in singu
lis.vt gestaret sacerdos memoriale filijs isrl̄
et filioꝝ israhel in humeris et pectore ob re/
cordatōnē triū quoꝝ vni⁹ ꝓlixus essz memo
riꝑ vo duoꝝ.vt scz ꝓlixus videns noīa patrū
suoꝝ satageret ne a virtute poꝛuz degenera/
ret. Sacerdos vo vitaz et fidem patriarcha/
rū meminisset imitari. Meminisset etiā po
pulū ex his patrib⁹ ortum.sacrificijs et orōi/
bus deo cōmendare. Appellabatur ei ratio/
nale iudicij.q2 scꝑta erant i eo hec duo noīa.
iudiciū et veritas.vel doctrina et vitas. Ha
ne vbi nos habem⁹.ponesin ratōnale iudi
cij.iudiciuz et veritatem.hebr⁹ habz purim
et thumim.vnde et sortes in quib⁹ iudiciuz
veritatis inquiri solet purim dicūt. Tradūt
aūt in medio rationalis fuisse lapidē q̄druz.
magnitudine duoꝝ digitoꝝ.in q̄ ꝑm colo/
ris mutatōem perpendebant.vtrum deum
placatū haberent an offensum. Josephus di/
cit sardonicē.qui in dextro humero gerebā/
tur.cum sacrificiuz pontificis deo placebat.
tanto splendore micare.q etiam procul po/
situs radius ei⁹ appareret.egressuris vero ad
preliū si deus cum eis esset.tantus fulgor i
lapidib⁹ rationalis apparebat.vt omni fieret
multitudini manifestū.eoꝝ auxilio deuz ad
esse.et ob id rationale iudicij nūcupari. Asse
rit aūt ioseph⁹ hunc sardonicē et fulgorē sar
donicis et rationalis cessasse annis ducētis
anteq3 ipe scꝑsisset hec.cuz de⁹ moleste ferret
transgressiones legis. Erant etiaz in q̄ttuor
summitatib⁹ rationalis quattuor anuli au
rei.quoꝝ duob⁹ supmis inserte erāt due ca
thene auree.sibijnuicem coherentes.id̄ē.ob
liquate ad modū.x.lrē sibi in medio ꝓiuncte
Vel poti⁹ exꝑmit factura catbene in q̄ ma
cule maculis coherēt.
ꝓ q̄ hebr⁹ hz pleras
ope perplexo. Jose.
dicit per fistulas ve
nientes.q̄d iuxta cal
deū sonat termiataſ
id̄ē ad q̄ntitatez spa/
cij in q̄ protendebāt
Adb⁹ catbene simi/
litudinē.dic̄.m.stolā
a collo ex vtraq3 ꝑte
dependentez obli q̄n
dā in pectore. q̄d in
de sic non fit.
factas. q̄ sursum ferebant vsq3 ad scapulas
pontificis.super quas inserebantur duob⁹

vncinis aureis supbumerali firmiter inser
tis. Duob⁹ vo anulis inferiorib⁹ assute erāt
due vitte iacinctine. q̄ circa latera ducte duo
bus anulis aureis inter scapulas inserebāt
q̄ sub vtroq3 sardonice in epbod fixi stabant
vt vtraq3 ligatura epbod et logiō sibi nuicē
firmiē cobererent. Sup hꝫ dicit ioseph⁹ zonā
ex quattuor colorib⁹ 7 auro ꝓsertam. ex vtro
q3 latere circūductā. et iterū reuolutaz ante
pectus. in vtraq3 sūmitate infra pēdente. ba
bentē ex aureis fistulis fimbrias miro deco
re compositas.

De mitra et thyara. Ca. LXV

Vltimuz erat capi
tis ornamentū. qō cōmun⁹ tbiara
vel mitra dici potest vel infula. spe
cali⁹ vo cidaris. Erat q3 tbiara ad modū p
dicte facta. q̄ cōmunis erat sacerdotib⁹. sup
quā cōsuta erat alia tota iacinctina. q̄ circū
dabatur aureo circulo trib⁹ ordinib⁹ facto.
sup quam ab occipite stabant flores aurei
plantagini similes a tempore ad tempus. A
fronte vero supra stabat flos aureus simili
berbe. quam greci iusquiamū dicūt. magni
tudine digiti vni⁹. In superiori vo planicie
thyare ex omni parte in circuitu vsq3 ad sū
mitatem ei⁹ q̄ in acutissimū deficiebat cacu
men. particulatim p loca erant mala grana
ta aurea. cum spinosis extremitatibus suis
fabrefacta. Super frontē vero pendebat la
mina aurea. quam petalum dicunt ad mo
dum lune dimidie facta. que arcuationem
sursum babens. et in medio anulum aureū
vncino aureo inserebatur. qui thyare iserti⁹
erat. In qua sculptum erat aiotb adonay. id
est. sanctum nomen dñi. s. tetragrāmatō. qō
ineffabile dr. non q3 dici non possit. sz q3 rem
ineffabilem significat

qō bis lrīs scribitur
He. iotb. beth. vau.
que sonant p̄ncipiū.
vite. passiōis. iste. qō
est p passiones huius

Ān bee lrē nō repre
sentant sua elemēta
ī illo noie sic tūc ali
quādo elemē. cetera.

quem prefigurat hic sacerdos reinitiabitur
et recuperabitur vita in adam perdita. He
vero cum moueretur pontifex. moueretur
et lamina sancta. sursum ligabatur vitta ia
cinctina pspicua. celante vncinū et anulum
q̄ circūducta capiti 7 ligata in occipite. depē
dentes sūmitates sup bumerū vtrunq3 diffu
fundebat.

De typo vestiū Ca. LXVI.

His uestib⁹ ornat⁹
b pontifex imaginē totius orbis sup
se pferebat. Seminalia enim et linea
stricta. q3 bissina erant terrā figurabant. bal
tei vo q̄ q̄t erant. circū

uolutōz oceani. Tu
nica iacinctina aera
ipo colore pferebat.
per tintinnabula so
nitus tonitruuz. per

Quia quidā vnum
quidā plures asse
bant. ideo dicunt q⁹
quot erant.

mala granata corusca tiones significabātur
Epbod vero sui varietate celum sidereū. qō
aureis colorib⁹ intertextum erat. significat
q̄ calor vitalis penetrat vniuersa. Duo sar
donices solem et lunam. vel duo emisperia.
.xij. gemme pectorales. xij. signa in zodiaco.
Pulcre quod in medio erat rationale ap
pellabatur. Ratione enim cuncta sunt ple
na. et terrena adherent celestibus. imo ratio
terrenorū et temporū caloris et frigoris. et
duplex inter vtraq3 temperies. de celi cursu
er ratione descendit. Cydaris celū empireū
lamina superposita deum omnibus p̄siden
tem.

De cōpositōne altaris incensi et loco eius. Capitulum. LXVII.

Post uestium com
p positionē locut⁹ est dñs ad moisen
de modo ꝓsecratōnis aaron 7 filio
rum eius. quod ad ipam ꝓsecrationem di
stulimus. de altari aureo prosequentes. Fa
ctum enim erat boc altare de lignis setbim.
babens cubitum longitudinis. et alteruz la
titudinis. id ē. q̄drum. et duos cubitos in al
titudine. Vestitum q3 erat auro purissimo.
cornua babens et craticulam aureā 7 cal be
nas et anulos et vectes aureos instar prio
ris. Utrum vero arulā haberet. an cineres
exciperet ītra. ambiguū est. Ioseph⁹ addidit.

ꝑ angulos singulos coronas.vj. habebat ex auro purissimo.qđ singulariter forte ī exodo dictū est.ita. Facies qꝫ ei coronam aureā p girum. Hocal tare dicebat incēsi vel thimiamatis.qꝫ singulis diebus mane ⁊ vespere ad ꝓsūmandū iuge sacrificiū quod fiebat de duob⁹ agnis.sup illud thimiama incendebatur sanctificatū dño. Fuerūt tñ qui dicerent.mane solum incensū.i.thus supponi.vespere vo ꝓ dignitate sacrificij vesperū thimiama. Ceterū vtrum ℔ altare esset intra sancta sanctoꝝ.an in sanctuario cū candelabro et mensa.sancti videntur dubitare. Nec est putandū in dubiū venisse ąn esset ī sanctuario.cuꝫ hebreus hoc dicat ⁊ ioseph⁹ plane.⁊ ꝑma positio tabernaculi facta a moise innuit.nisi qꝫ paul⁹ ad hebreos thuribulum ponit aureum intra sancta sanctoꝝ solūmodo. Potuit esse sane ꝙ in templo vbi omia ampliata fuerunt et multiplicata preter altare aureuꝫ qđ erat extra velum.ad qđ bis in die necessariū erat ingredi.erat superadditus thuribulū in aditu.in q̄ summus sacerdos prunas et thimiama q̄ secū ferebat adolerꝫ. qñ ad interiora contingebat ipsuꝫ penetrare.

Quedam eminētia ad modum labij

Origenes in omelia ō tabernaculo. Fiūt preterea quedā velamināb⁹ distincta. que appellantur sancta ⁊ alia nihilomin⁹ secūdo distenta velamine. que dicūtur sancta sanctoꝝ. Collocat intrīsecus archa. ꝓ qua quam cherubin extensis alis sese inuicē ꝓtingentib⁹ statuuntur.ibiqꝫ ex auro velut basis tabula quedam collocatur.que appellatur ꝓpiatorīū.sed ad altare aureuꝫ incensi. Preterea in exteriori loco candelabrū ponitur aureū in parte australi.vt respiciat ad aquilonēꝫ.in parte vo aquilonis mensa collocat.⁊ ꝓpositio panum sup eam.necnō altare holocaustoꝝ iuxta velamen interius ponitur.

De cōpositōne thimiamatis. Capitulum.LXVIII.

Dixit quoq; dñs ad moysen dicens. Sume tibi aromata.stacten et onicha galbanum boni odoris.et thus lucidissimū.equalis ponderis erūt oīa.et in tenuissimū puluerē ꝓtūdes ea. Onicha fertur esse ostreola paruula.suaue redolens.magnitudine humani vnguis vnde et onicha dr.qꝫ onix grece vngue dicitur. Stactē est gūmi quod fluit ō mirra qđ et mirra dr. Galbanum vero sucꝰ est ferule et nascitur in syria optimū.cartilaginosum scz et minus lignosum.cuius odore fugantur serpentes. Ferula q̄ qꝫ que et feniculuꝫ.in gargano nascitur.cuius sucus vilior est. Thus vero lucidissimū optimū.quod masculū dr. qꝫ instar humani testiculi rotundū est. Thuritur etiam libanū a libano monte arabie in quo nascitur arbor thuris ad aceris qualitatem pplexo et intorto vimine. Ex his q̄ttuor fiebat pulvis thimiamatis sancti.ꝓhibuit qꝫ dñs talem fieri compositōem in vsus hominū.ꝙ si q̄s simile faceret vt odore eiꝰ frueretur.periret de populis suis. Inde est ꝙ in ecclesia non datur odor thuris bñdicti sponso et sponse. Inde etiam est ꝙ oblato thure benedicto sup altare.si descēdat thuribulus ad clericos ī chorō.vel ad laicos.aliud thus sine benedictione ponendum est et boīb⁹ offerendum.

De cōfectōe sancte vnctōnis. Capitulum.LXIX.

Non ē intelligendū vt quotiens vellz in; trare. faceret hec ⁊ in traret. sed tantum. x. die septembris in; tratur⁹. pus tamen hec faceret. Hec dies solennis erat in isrl. et dicebatur dies p; piciationis propter causam p̄dictā. Vel q; agebatur ea die ci nis expiatōnis. sicut dies iouis sancta. q̄ sanctū crisma cōficit

Quia defuncti erāt duo filij aaron na; dab ⁊ abiu cuz offer; rent ignez alienū ad altare dei errat necesse vt instrueretur ce; lesti doctrina aaron quomō eū ad altare oporteret accedere. ⁊ quo supplicatōis ri tu ppiciū faceret deum. et vt caueret de ꝟ qđ acciderat filijs. Propterea de bis ꝟ modo p̄fata est lex.

Iterū locut⁹ ē dñs ꝛc

Et pro peccatis toti⁹ anni cōmunib⁹ l' ignoratis ea die oblatio fiebat. Dicebat etiā dies afflictionis. q; ea die ieiunabant homies et iumenta. etiam pueri septēnes. et agebat ea die memoria mortuoꝝ. Dicebatur etiaz dies expiatōnis. quia ea die purificabat totum tabernaculum et altaria per sanguis aspersionem a contagijs que contraxerant per annum ex peccatis ministrantium. Ea die tollebat summus sacerdos de ꝓpio vi; tulam rufam trimam immaculatam q̄ non traxerat iugum. Nec tur bemur si quando q; vitulus nominetur. quia in femmino ge; nere tantum intelligendu m est. quia p pec catis fragilitatis offerebat. Sumebat q; ab vniuersa multitudine duos bircos p pecca to. et arietem in holocaustum. Cūq; lauisset se induebatur lineis tantū sm ritum mino; rum sacerdotum. oblatisq; animalib⁹ facta q; oblatōne vel oratione propria pro se et p domo sua statuebat duos bircos i ostio ta; bernaculi. mittebatq; sortem. sup vtrunq; q̄ sciretur quis esset dñi. et q̄s ꝓpli fieret. Nec ē credendū quibusdam q̄ dixerūt tō mitti sor tes vt sciretur quis domino immolād⁹ essz et quis dyabolo. mittendus ei in solitudinē cum peccatis. Lex enim immolare nisi deo non admittit. Sane cui⁹ sors exibat. domi; no offerebat illum pro peccato populi. ⁊ for te hic dicebatur proprie pro peccato. Cuius sors exibat populo reseruabat viuentez. im; molabatq; vitulā rufam pro peccato suo ⁊ domus sue. et tollebat de sanguine birci et vitule. et thuribulum plenum prunis. Sul tumq; tollens thimiamatis. intrabat vltra velum. tantum imponens thimiamatis. vt nebula et vapor operiret oraculum. ne forte visa maiestate dñi moreretur. Aspergebat; q; septies digito de sanguine coram propi; ciatorio ad orientem. Eodem etiam nume; ro aspergebat pauimentum. Simili quoq; aspersione septena expiabat sanctuariuz exi; terius et pauimentum. Fundebatq; de eo; dem sanguine super cornua altaris auret. ⁊ aspergebat illud septies digito. expians ita totum tabernaculum et altare ab immūdi; cijs filiorū israhel. et a cunctis preuaricatōni bus eoꝝ. id est. contagio quod contraxerat positum in medio peccantiuz tabernaculū. Nullusq; erat cum eo in tabernaculo. cum ipsum expiabat. In quem modum etiam se mel in anno lauam⁹ altaria vino. Nota q̄

biclegitur sacerdotez egredi de oraculo ad altare.z sic patet.quia erat extra. Nec potest dici eum egressum ad altare corazz taberna culo.cum dicatur ℔ ad altare qđ est coram dño. Post hanc expiationez egrediebatur sacerdos ad bircū viuentem.ponensqz vtrā qz manū super caput eius.confitebatur generaliter omnes iniquitates filioz israbel.z imprecans eas capiti eius ponens etiaz vt tradunt quidam cartam in scpta peccatis populi super caput eius.mittebat eum i desertum per hominē ad hoc paratū. Tradūt hebrei quozundaz paruulos tribualiter ad hoc parari.id est.de tribu ad hoc deputata. medicinaliter eis splene subtracto.vt sic expiatus esset populus a peccatis illius anni que per ignorantiam vel fragilitatem contraxerat.que secum ferebat bircus. Qui qa emittebatur non rediturus.apompeꝰ grece.latine emissarius dicebatur. Cum autem deduxerat aaron hominez cum birco extra castra.redibat ad tabernaculuz testimonij. depositisqz vestibus lineis in quibus expiauerat sanctuarium.et emiserat bircuz lauabat carnez suam in loco sancto.et indueba tur vestibus suis scilicet pontificalibꝰ et pcciosis.et offerebat arietem in holocaustum et adipes vitule et birci pro peccato.renesqz cum renunculis. In hunc modum et pontifex euangelicus in aspersione basilice quam dedicat quasi in expiatione lineis et minoribus vtitur indumentis. Etiam in sabbato baptismali in consecratione fontium.et immersione catbecuminoz.um scilicz trās feruntur peccata eozum.vtitur similibus indumentis. Cum autem bis peractis ad ministrationem accedit altaris.pontificalibus et pcciosis vestibus infulatur. Vitulū aūt et bircum de quozum sanguine facta est expiatio ferebant extra castra.et comburebāt igni tam pelles qz carnes eozum et fimum. Proiciebatqz ea sacerdos in ignem qui illa vorabat mutatis prioribus vestibus z resumptis propꝛijs.lignum cedrinum ysopū. et coccum bis tinctum.quia bec in purificationibus valebant.et tunc rediens lotis vestibus et carne sua ingrediebatur castra.et immundus erat vsqz ad vesperum. Sed et ille sacerdos qui remanebat ad ignē.vt consumi faceret omnia vsqz ad cinerem.non nisi lotis vestibus et corpoze intrabat castra. et immundus erat vsqz ad vesperum. Sed z tertius sacerdos qui colligebat cineres reseruans ad aquam aspersionis.non nisi lotus intrabat castra.et immundus erat vsqz ad vesperum.Ex bis cineribus fiebat aqua aspersionis.qua per totum annum purificabantur immundi. Unde difficile est rationem inuenire.cum bic cinis fieret ad purificandos immundos.cur illi qui eum tractabant vt dictum est immundi erant. Cum et iudei prozsus de boc respondere se nescire fatentur. cum etiam dominꝰ boc sacramentum quasi sanctissimum religionem victime appellet. Sed et qui caprum dimiserat alias duxerat in desertuz immundus erat. De quo tamen facile est inuenire rationem.z est verisimile bos cineres factos annuatim.vt modo fit crisma. Quidam tamen hebrei dicunt eos valuisse et durasse per plures annos.nec factos nisi cum deficiebant.

De purificatione immundozum Capitulum.XXIII.

His cineribus purificabantur immundi in hūc modum. Si qs tangebat cadauer hominis mortui in tabernaculo.vel i agro occisi.aut p se mortui.vel sepulchrū eiꝰ.immūdus erat septem diebꝰ. Tabernaculū i quo mortuus est homo.et vniuersa que ibi erāt vasa immunda erant septem diebus Tollebatqz vir mundus cineres combustionis. mittensqz super eos aquas viuas. tingebat ex eis ysopum.et aspergebat ex eo die tertio et septimo tentoziū.et omnez suppellectilem z homines huiusmodi cōtagiōe pollutos z lotis vestibus et corpoze mūdi erāt Si die tertio non fuerat aspersus imundꝰ

die.vij.nō mūdabat. Si qs ātsicñ expiabat peribat de medio eccie.q2 polluebat sanctuariū.i.aīa e9 peribat de israel.q2 peccabat.et arcebat ab ingressu loci sancti. Et ille qui purificabat īmūdū aqua hmōi.q2 tetigerat cineres lauabat vestimēta sua.7 īmūd9 erat vsq3 ad vesperū. De īmundicijs vo quibus erat īmund9 bō p diē tantū.vt ppter illusionē nocturnā.vel q2 dormierat cū vxore.non credim9 boiem bis cinerib9 expiatu3.sed ad minus de immūdicia.vij.dierū.q2 de tertio et septimo legit faciēda expiatio talis. De expiatōib9 q fiebant cū munerib9 oblatis.vt supra de leprosō dictū ē.7 ō viro spermatico et muliere sanguinaria.q2 legit eos numerare.septē dies.et octaua purificari.credimus die tertia 7 septima bis aquis expiatos

De personis exclusis a mrionio. Capitulum.XXIIII.

Qvadvit etiā dominus filijs israel multitudinē preceptor.recapitulādo pdicta 7 supadendo noua.de qb9 nō nisi illa pstrinximus q ad intelligentia3 lectōis sacre scripture sunt necessaria. Vane phibuit dñs.ne bō ad domesticā3 sue carnis accederet.nec reuelaret turpitudinē ei9.i.discooperiret 7 ītraret pudenda ipi9. In pmor q dē parentū cōiugio ppter hominū raritatē.solū duas personas exclusit dñs a cōiugio dicēs. Propter Hic relinquet bō patrē et matrem.i.nec fili9 matri nec patri filia copulabit. Sub lege vo plures excepit.q sunt fere.xij.mater.nouerca.soror neptis.amita.matertera.vxor patrui.nurus.vxor fratris. Ex hac determinatōe recipit.puigna filia priuigni.vel puigne sororis vxoris. Paucas tē excludit.vt multiplicarentur boies. et replerent terram. Si enī3 quis habēs vxorem mortu9 fuerit.non suscepta ide prole.frater e9 duxit eam.7 inde fratri defuncto semen suscitauit.

Sub grā plurime excludit.vbi pximētia locū habet.et ē hec phibitio cōiugij. A fornicatione enī omis mulier excluditur.

Cathalogus quorūdā preceptor. Capitulum.XXV.

Qvitum quoq3 cū masculo et iumento sub interminatione mortis phibuit.ne et colligerent spicas vel racemos remanētes.nec grana decidentia.sz relinquerēt ea pauperibus terre.nec opus mercenarij retinere vsq3 mane.nec accipere psonas.diligi amicū sicut seipm pcepit.vbi.lxx.primum ponit.somnia. auguria.diuinatōes obseruari phibuit. nec agrū seri diuerso semie.nec iumenta diuersi generis facere co/ire.nec veste ex duobus texta indui.nec comā in rotundum tonderi.nec barbam radi.nec carnes suas super mortuo incidi nec figuras aliquas aut stigmata i carne sua fieri.cum quib9 et similib9 ad litteraz subintelligendum est.pm ritum gentium et maxime egiptior cum quib9 habitauerant. Nam et dauid legit mulā habuisse.sup qua posit9 est salomō.et delat9 ad fontē geon ad inungendū. Ex egipt9 omnigenor venerās mōstra deor.7 in honore diuersor deorum qs putabat talib9 pesse.diuersa semia i agro diuersas materias i veste sociabat.diuersos etiam cincinnos capitis diuersis dijs sacrificabat. Unde 7 in pncipio bor pceptorum dixit dñs. Juxta consuetudinē terre egipti.in qua habitastis nō facietis.iuxta mores regionis ad quā introducā vos nō agetis. Addidit etiā speciale pceptū cū intrarēt terram repromissionis.vt auferrent ppucia arbor quas plantarēt. Quod q3i exponēs subdit. Coma que germinat immūda erūt vobis. Hoc tñ non ē in hebreo. Et videtur velle q fructus triū primor annor immundus esset et abiciend9. fructus quarti anni sanct9 domino.7 cōmunis pauperib9. sz in qnto āno et deinceps dñi sui essent 7 esibiles.

Diuersa etiā aialia coire faciebāt.vt ide aial nasceret qō plurimū esset deor sacrificio cōgruū.vel eor honori dedicatū. sic mul9 ō equo 7 asino marti et cilleno apt9 erat.

De tribus generib⁹ panum.
Capitulū.XXVI.

HEuidentiā quo
qz eoz q̄ ß in leuitico traduntur sci
endum est. sacerdotes habuisse tria
genera panum. panes. s. sacerdotales. leuiti
cos. et laicos. Sacerdotales erant panes p
positionis. q̄ de publico sumptu fiebant. qs
non licebat edere nisi solis sacerdotib⁹. Pa
nes leuitici q̄ et offertorij. quib⁹ soli de gene
re leuitico vescebantur. Etiā q̄ ppter macu⁄
lam nō poterant ministrare. z filiafamilias
sed nō vidua. vl' repudiata. nisi
necessitate rediret ad domuz patris. vt esset
quasi filiafamilias.

His nō vescebatur aduena inquilinus mercenari⁹ sacerdo
tis vetna tñ l' empti⁄
cius ipi⁹ vesci pote
rat. Layci. i. commu
nel. quib⁹ quicunqz
poterat vesci.

Aduēa generale no
men ē. cōtinēs pegri
nū. q̄ tantū ptransit.
et inquilinū qui cuz
sit ō ea dē regiōe. mā
sionē tñ cōducit

De sanctimonia sacerdotum
Capitulum.XXVII

DE sāctimonia quo
qz sacerdotum agēs domin⁹. ṗmo
de minoribus sacerdotib⁹ agit. ne
cōtaminarentur in moztib⁹ ciuiū suoz. nec
etiam ṗncipis populi. nisi tantū sup matre
et patre. filio et filia. fratre et sozore virgine.
ne scz lauarent vel sepelirēt. vel plangēdo tā
gerent moztuos alios. nec alijs tantuz pro
hibitas eis interdixit vxores. sed nec habere
concubinas. nec in vxorem ducere scortum
nec ancillam. nec captiuā. nec viduaz. nec re
pudiatam. neceas q̄ de cauponibus et pan
docib⁹. i. apotbecis venalib⁹ vitam agunt.
Pontifices vero ad nullū omnino moztuū
ingredi voluit. Unde et dñs papa nullis ex
equijs interesse dicitur. Nec vxorez ducere
nisi virginem. et tantū de populo suo. Sed
nec parrochia dñi pape muros vrbis exce
dit. In cōmune vero ṗcepit. ne sacerdos in
dieb⁹ vicis sue cū ministrare deberet vinū bi⁄
beret. aut omē q̄d inebriare potest. vt sciret
discernere inē sanctū z ppbanū. mundum z
immundū. et doceret filios israel legittima
terre q̄ locut⁹ erat dñs. et ne sacerdos dum
q̄ñqz immund⁹ esset accederet eī ad tangen
da ea que offerebāt filij israel. Ipatet q̄z si sa
cerdos euāgelic⁹ quotidie ministrat. assiduā
debet habere mundiciā. Addidit quoqz do
min⁹ de solēnitatib⁹
legalib⁹. Sed quia
plen⁹ de bis in libro
numeri diffinitur. z
nos ibidem de illis
prosequemur. Pri
ma die septembris fe
stum tubarum vel
clangoris pro liberatōne ysaac. quod cereo
rum dicitur. Decima die eiusdem mēsis fe
stum ppiationis. q̄z cum fecissent vitulum.
orante moyse ppiatus est eis deus. xv. die
festum scenophegie quod est furio taberna
culoz̄ quod est festum patris. Cum enī pa
tri ascribatur potentia. magna fuit potētia
dei. q̄ vestes eoz nō sunt attrite p. xl. annos
sed habēt modo alia festa pburū. i. sortium
q̄z sors in cōtrariuz cecidit. vt in hester legi
q̄ se occisuros occiderūt. Encenia tria. id ē.
dedicatōnes. In autūno que fecit salomō.
In vere que zorobabel. alijq̄z reuersi ō babi
lone. In hyeme q̄ fecerūt machabei. de quo
in euangelio. Facta sūt encenia in hierusalē
et hyems erat.

Septem festa iudei
habuerūt Sabbatū
neomeniaz. pētheco
ste. pascha. festuz tu
barū. festū ppitiatio
nis. scenophegiam.

De pena blasphemi

Capitulum.XXVIII.

ECce aūt egressus
filius mulieris israbelitis quē pe
pererat de viro egiptio. iurgatus
cum viro israbelita blasphemauit nomē dī
israbel maledicens ei. Quem moyses reclu
sit in carcere. donec sup ß cōsuluisset dīm.
Qui ait ad moysen. Qui maledixerit deo
suo. omnes qui audierint ponent manꝰ su⁄
as sup caput eiꝰ. quasi contra ipm testificā
tes. et eductum extra castra omnis multitu
do lapidabit eum. siue ciuis sit aut aduena.

De talione legis date Ca.XXIX

SUbintulit quoqz dñs de talione.vt q̄ lederet boiem. in eūdē modū lederetur q̄ leſerat eū ſcz vt redderet animā p̄o aīa.oculū p̄ oc'o. dentē p̄ dente.fracturā p̄ fractura.liuorez p̄ liuore.aduſtionē p̄ aduſtione. Nota q̄a talio nō erat in iniurijs rerū.ſed in leſione tantū corpoꝝ.q; furta reſtituebant in duplum. vel quadruplū. Determinabat̄qz talio p̄ neceſſitatē.vt ledens mulier virū i virilib⁹.puniebat̄ manu.q; virilia nō hz.et vir ledēs mulierē p̄egnantez vt faceret abortiuū nōdum animatū mulctabat̄ pecunia. Incertū ē aūt vtrū talio extenderet̄ vſqz ad iudicē.vl' circa iniuriatū tantū haberet locū. Q̄ vo iniuriatus ſine iudice poſſz vlciſci.forte inde haberi poteſt q̄ ad ciuitates refugij fugiebat homicida non volens.ne interficeret̄ a p̄imis occiſi.

De obſeruatōne iubilei anni.
Capitulum.XXX.

HOdoit etiaz dominꝰ de obſeruatōne iubilei q̄ ſeptimā ſeptimanā ebdomadarū annoꝝ ſequebat̄.ad cuiꝰ p̄ſignatōem ſeptē ānis p̄cedentibus vt tradūt quidā in ſingulis neomenijs clāgebāt tubis.et.vij.diebꝰ p̄tinuis añ ipam ſolēnizabāt clangētes tubis. In lib.tñ numeri legit̄ q̄ clangerent tubis.vij.menſe.x.die i vniuerſa terra. In hanno omēs diſtractiones rerū ad p̄ſtinos redibāt poſſeſſores.p̄ter domos q̄ erant in vrbib⁹ muratis.quas tñ p̄mo anno venditōis venditori redimere licebat.exceptis domib⁹ leuitarū q̄ in quocūqz eſſent loco in iubileo redibāt. Eodem anno requieſcebat terra et debita. Eodē anno ſerui liberi dimittebāt. Nam ſi eſſent contribules.tñ voluit eos dñs ſeruitij ſcemate caſtigare.p̄pter trāſgreſſiones legū. Joſephꝰ dicit.q; in iubileo cōueniebat venditor agri et emptor et reputantes fructꝰ z expenſas in agrū factas.fructib⁹ exuberaſſe cōpertis.vēditor recipiebat agrū.ſi vo expēſe trāſcenderunt.ℏ q̄d deerat recipiebat emptor.et a poſſeſſione diſcedebat. Hāc tñ cōſtitutatōez ſicut licuit infra annū iubileū.nedū in ipō ſi vēditor p̄us vellet reuocare q̄d vēdidit. Trā leuitici videt velle q̄ iuxta numerum ānoꝝ vſqz ad iubileuz maiori minori ve p̄cio iubebat agrū vēdi.ne vēditor grauaret̄ ſi modico vēderet.et plurimi āni ſupeſſent.vſqz duz recuperet q̄d vēdiderat.z ne grauaret̄ emptor.ſi multo emeret q̄d in p̄imo amiſſurus erat. Determinata q̄z fructuū reputatōne et expenſarū infra iubileuz addit.q; ſi vēditor q̄d ſuperit expēſarū reddere nō poterit.habeat emptor agrū vſqz ad iubileū. In ipō eni ois venditio redibat ad p̄ſtinū poſſeſſorē. Terrā āt ſic voluit dñs vēdi abeis ſub p̄ditōe recuperiēdi.q; ſua erat z nō ipoꝝ. Alienigenas tñ ſeruos voluit eos i ꝑpetuū poſſidere.

De benedictōib⁹ et maledictōib⁹
Capitulum.XXXI.

QUiū p̄ceptoꝝ obſeruatorib⁹ p̄miſit dñs bñdictiones ſuas dicens. Dabo vob pluuias tp̄ib⁹ ſuis.ꝛc.vbi.xxx. clauſule p̄miſſionū inueniūtur. Tranſgreſſorib⁹ vo lōge plures ingeminat maledictōes.

De decimis z votiuis Ca.XXXII

IN decimatōe animalū q̄d decimū l' naſcēdo l' numerādo veniebat.dño ſctificabat̄. nec mutari licebat i meli⁹ l' deteri⁹. Similit̄ aial q̄d vouebat dño ñ licebat imutari. ſi q̄s q̄d vouerat imutaret.et votiuū z imutatū erat dñi. Sed diſtinguēdū ē de hmōi votis. Aliquādo ei ſic ex voto aliq̄d ſctificabatur dño q̄ anatbematizabat̄.illud ñ poterat vendi a ſacerdotib⁹ vel alienari. Q̄ñqz ñ ſic obligabāt votiua.ſz poterāt vendi a ſacerdote.determinato p̄cio ꝑm vtilitatē q̄ ex his poterat puenire.ſiue eſſet aial vel fundꝰ. Qui tñ voto dederat.ſi volebat illud emere ſupra eſtimationē p̄ q̄ alij dare⁹ adderet q̄ntā eiꝰ partem Q̄ideo eſt ſtatutū.ne qui vouerat.ad recipiendū q̄d vouerat aſpiraret.q̄ſi penitentia ducꝰ.ne etiā digniorē alijs ſe putaret in emptōne eiꝰ rei q̄ eā dederat.

Numerorū

Historia numerorum. cap.i.
De excubijs circa tabernaculū. cap.ii.
De cōmutatōe pmogenitorū p leuitis. ca.iij
De etate mīstrantiuz in tabernaculo. Et de differentia ministrorum. ca.iiij.
De q̄dam mō reddendi rem alienā ca.v
De iudicio zelotipie. cap.vj
De sanctimonio nazareorū. ca.vij
De bñdictōe super populū. ca.viij.
De oblationibus.xij.dierum in dedicatiōe tabernaculi. cap.ix
De consecratione leuitarum. cap.x.
De his q̄ non possunt facere phase primo mense.vt faciant secundo. cap.xj.
De tubis argenteis et mō clangendi in eis. capitulum.xij.
De recessu israel a monte synai. ca.xiij
De electōne.lxx.senioꝛum. ca.xiiij.
De datōe carniū et ira dei sup eos ca.xv.
De plaga marie et causa lepre ca.xvj
De.xij.exploratoꝛib⁹. ca.xvij.
De murmure populi.pro quo p.xl.annos ī deserto petierunt. ca.xviij.
De lapidatōne colligētis ligna in sabbato. capitulum.xix.
De scismate choꝛe.dathan.et abiron et plaga eoꝛum. ca.xx.
De exustione ppli extincta p aaron. ca.xxj.
De virga aaron q̄ nocte vna frōduit floꝛuit.et peperit nuces. cap.xxij.
De reditu in cades in.xl.anno. cap.xxiij
De morte marie z aq̄s ꝓdictōis. ca.xxiiij
De circuitu yoꝛdanee. ca.xxv.
De morte aaron. ca.xxvj.
De victoria p⁹ votū anathematis ca.xxvij
De serpente eneo contra ignitos serpentes capitulum.xxviij.
De scopul'toꝛrētiū q̄ gestierūt. ca.xxix.
De cantico ad puteū. cap.xxx.
De morte seon regis ammoꝛreoꝛum et og rege basan. cap.xxxj.
De iumēbalaā.z q̄ locuta ē ei asina. ca.xxxij
De artolatbesi balaā.z e⁹ ppbetia ca.xxxiij
Qꝛa moꝛe mulierculaꝝ initiatus ē israbel beelphegoꝛ. ca.xxxiiij.
De zelo phinees ca.xxxv
Decūdus numer⁹ bellatoꝛ. ca.xxxvj
De iure succesſiōis hereditarie. ca.xxxvij
De substitutōne iosue. ca.xxxviij.
De libaminib⁹. ca.xxxix.
De iugi sacrificio. cap.xl.
De sabbato et oblatōib⁹ ei⁹. cap.xlj.
De neomenia. cap.xlij.
De phase. ca.xliij
De penthecoste. ca.xliiij.
De festo tubarum. cap.xlv.
De festo ppitiatōis. ca.xlvj
De scenopbegia ca.xlvij
De votis. ca.xlviij
De destructōne madian et prede diuisione capitulum.xlix
De sorte duarum tribuū z dimidie. ca.l.
Catbalog⁹ xl.duarū mansionuz. cap.lj.
De vrbib⁹ leuitarū z ō ſburbanis. ca.lij.
De matrimonio ptribulum. ca.luj.

Historia numerorū. Capitulū.I.

Varta hu/ius historie distinctio hebraice dꝛ vaiedaber qō sonat.et locut⁹ est. Apud nos tñ.et.non habet. Nomē grecū ī scptis nris ñ habem⁹. naz grece baresmot alias ellesmoth. Latine liber numeri vl numeroꝝ dꝛ. Et dꝛ qñqz numeri pluraliter.vñ et dici solet legitur ℔ ī numeris. Verito aūt ℔ noīe censetur.qꝛ q̄ttuoꝛ pncipaliter ℔ numerantur de oī populo viri apti ad arma ferēda. Primogenitu leuite q̄ etiā bis numerant. Mansiones per q̄s pfecti sunt. Sed nec mulieres nec minoꝛes xx.annoꝝ.nec vulgus pmiscuum nec debiles ad bella numerantur. Ad hanc partē histoꝛie sic trāsit iosephus. Moyses p̄dictam pstitutōem legū dum sub syna moꝛarēt.a deo cognouit et hebꝛeis scriptā contradidit. Cunqz circa legislatiōem hec sufficere putaret.ad exercitij militaris iura cōuersus est.z numeranit

ꝑlioꝝ capita. ſ. pugnare valẽtũ. ¶ Moiſes dicit dñm ſup ꝟ locutũ fuiſſe dicẽs. Locut⁹ eſt dñs ad moiſen i deſerto ſynai i tabernaculo federis. ꝓma die mẽſis ſcdi. ãno ſcdo egreſſionis de egipto. Et nota q ꝑtermittit ꝟ q̃daꝫ q̃ facta ſũt i ꝓmo mẽſe ſcdi ãni. ſ. oblatõeꝫ. xij ꝓncipũ. quaꝫ fecerũt ſinguli ſingulis diebꝰ in dedicatõne tabernaculi. ⁊ ſolẽnitate phaſe q̃ ꝑpo noĩe dr paſca. i deſerto. ⁊ forte ſcrificatione leuitarũ. De his tñ

ĩfra aget ꝑ recapitulationẽ. Proſeq̃ntes ergo ordinẽ libri. dicim⁹ q⁹ moyſes ⁊ aaron. ⁊. xij. ꝓncipes tribuũ ex ꝓcepto dñi ãno ſcdo mẽſe ſcdo die ꝓma menſis numerauerũt viros ꝑter tribũ leui. a viceſimo ãno ⁊ ſupra. Joſeph⁹ certũ terminũ poſuit. ſ. vſqꝫ ad. l. annũ. Et numerati ſũt p gñatõnes ⁊ familias ⁊ domos ⁊ nomĩa ⁊ capita ſinguloꝝ. Hec ãt. v. ad ĩculcationẽ tãtũ q̃dã apposita tradũt. et ꝟ. et in ioſue. ſz ꝑgrue q̃deꝫ diſtingui poſſũt generatões vel cognatiões. Vocat ꝟ trib⁹ ĩpas. xij. familias. q̃ ex ipſis filijs patriarchaꝝ ꝓmo deſcẽderũt. vbi grã. In vna tribu leui fuerũt tres familie. caathite. gerſonite. merarite. Unaqueqꝫ familia multas habebat domos. ĩ q̃b⁹ ꝑꝛij patres familias erãt. Q̃ addit. noĩa ⁊ capita. ĩtrã ſitiue legẽdũ ẽ. i. capitũ noĩa. ſ. ſinguli boies ĩ eadẽ domo. Fuerũt ãt in ſũma. dc. iij. milia quingenti q̃nquaginta.

Hota q̃a ꝓmuꝫ paſcha fecerũt i egipto. Ecõm fecerũt in deſerto. de q̃ ꝟ loquit. Tertũ fecerũ ĩ ingreſſu ⁊ introitu ẽre ꝓmiſſiõis in galgalis Quartũ fecerunt in terra ꝓmiſſionis.

De excubijs circa tabernaculum Capitulum. II.

PRecepit etiaꝫ dominus vt ſemp ponerẽt tabernaculũ i medio caſtroꝝ. et filij iſrael ꝑ girũ excubarẽt ꝑ turmas ⁊ cuneos. q̃d ꝑ eodeꝫ ꝟ accipit. Turma enĩ ꝑꝑe. xxx. miliũ ẽ. Et dr cuneus q̃ſi cõueniens

multitudo. Excubare ei large ꝟ accipit. Excubie et ꝑꝑe diei.

¶ Multitudo dr cuneus quaſi conueus. a con et pnĩendo.

vigilie noctis. Terne trib⁹ ꝑ q̃ttuor ꝑtes tabernacli excubabãt ita tñ remoti. vt mariaſ in medio plateas haberẽt. Erat qꝫ ornat⁹ q̃ foꝛi rerũ venaliũ. ſingulis in ordie ꝓſtitutis. Opifices etiã artiũ in ſtatiõib⁹ ſuis erãt. ita vt vbi cõpetenter edificate caſtra coꝛ ſimilima viderent. Judas itaq; yſachar ⁊ zabulon caſtra metabant ad orientẽ. ruben. ſymeon. ⁊ gad ad meridiẽ effraim. beniamin. manaſſes ad occidentem. dan. aſer. et neptalim ad aquilonẽ. Inter tabernaculũ et caſtra excubabãt leuite in tabernaculis ſuis. ꝑpq̃; ores tabernaculo q̃ꝫ caſtris. Et excubabant ſimiliter ꝑ q̃ttuor plagas moyſes ⁊ aarõ cũ ſuis ad orientez. reliqui ab his. Caathite ad meridiez ſub cuſtodia eleazari filij aaron excubabant. Filij ãt gerſonite ad occidentem. Merarite ad ſeptentrionẽ. Et erant vtriq; ſub cuſtodia ythamar.

De cõmutatõe ꝓmogenitoꝝ ꝓ leuitis. Cap. III

SEparauit ſibi dominus tribuꝫ leui ꝑ ꝓmogenitis que tũc habebãt ⁊ iumenta leuitaꝝ ꝓ ꝓmogenitis iumẽtoꝝ q̃i cõmutatõem faciẽt cum ꝑꝑo. Ꝓmogenita ei oĩa ſpecialiẽ tũc erant ſua. q⁹ cũ occideret ꝓmogenita egipti pepercit ꝓmogenitis eoꝝ. reſeruans ea ſibi. Deinceps tñ ꝓpter idipm omĩa ꝓmogẽita eoꝝ ſanctificauit ſibi in ꝑpetuuꝫ. et maxime. q⁹ ꝓmitie quoꝝlibet fructuũ debentur dño Ꝓ ro bis ergo ꝓmogenitis q̃ tũc habebant tulit ſibi tribũ leui et iumẽta eoꝝ. ⁊ populus ꝓmogenita illa babuit ꝑ leuitis ⁊ iumentis eoꝝ. Et ne duodenarius numer⁹ tribuũ minueret. tribũ manaſſe q̃ſi ꝑ leuitis inſtituit. effraim vo ꝓ ioſeph.

Ne ãt maioꝝ videretur numer⁹ leuitarũ q̃ꝫ ꝓmogenitoꝝuꝫ. et ita iniqua eſſz cõmutatõ. ait dñs ad moiſen. Numera filios

Jacob ei in bñdictione filioꝝ ſuoꝝuꝫ ꝓmiſerat filijs ioſeph. q⁹ vterq; facturus eſſz tribum

leui maſculos ab vno menſe ⁊ ſupra. Et cuz numerati eſſent. inuenti ſunt. xxij. milia. Nota tñ q⁹ ſi diligẽter attẽdas i libro numeroꝝ

numerū eorū p familias inuenies.xxij.milia et trecentos. Dicit hebre⁹.qz.ccc.erāt ī eis p̄mogeniti.z ita tā erāt dñi. Iterū ait dñs ad moysen. Numera p̄mogenitos masculos a mense vno z supra Et inuenti sunt.xxij.mil.cc.lxxij. Tulit ergo moyses ī p̄cio.cc.lxxiij.q̄ superāt p singla capita quinqz siclos ad mēsurā sāctuarij z dedit eos aaron z filijs suis iuxta verbum domini.

¶ De etate mīstrantiū ī tabernaculo et de differentia ministrorum.

Capitulum.IIII.

Iterūqz ait dominus ad moysen. Numera leuitas a.xxx.āno vsqz ad.l.vt seruiāt mihi in duob⁹.huj in tabernaculo portādo z collocādo.senes emeriti ī seruādo. Et cū numerati essent.inuēti sūt viij.milia.d.lxxx. Lxx tñ dicūt.a.xxv.anno quē numerū ānorū in ordinatōne sacertū z nos obseruam⁹ Isti deferebāt tabernaculū ī hūc modū Quia nō licebat ea q̄ erant vltra velum nuda videri.ideo p̄mo intrabāt sacerdotes.et inuoluebāt archaz ppiciatorū.z cherubin. Prius vo velū q̄ añ pendebat.z post pallū iacinctinū et candelabrū aureū.altare et mensam cū vtensilib⁹ suis pallijs inuoluebāt Tūc intrātes caathite ppriis hūeris oia hec inuoluta deferebāt. Similiter z altare bolocausti cū vtensilib⁹ suis vt q̄busdā videtur. Gersonite vt breuiter dicam⁹. deponentes tectū tabernaculi.mollia ferebāt in curribus. scz.cortinas.saga.pelles rubricatas z iacicti nas.tentorū q̄d erat añ tabernaculuz.cortinas q̄z atrij.et funes z vasa misterij q̄ ad altare eneū ptinebāt. De altari holocausti tacz liber a q̄ ferebāt. Idōt tñ dici.qz vasa e⁹ ferebant gersonite.vt in libro habet. Ipm altare caathite ppriis hūeris ferebāt. Verarite vo vt breuiter dicam⁹ oia taberna/culi z atrij que dura erant.tabulas.bases vectes.colūnas.pa/xillos.et ea ferebant curribus. Emeriti leuite nō seruiebāt sic in ope.sed posito tabernaculo sedebāt custodes. Q̄z q̄ ibi.sz et altare mūdabāt cinere ōz. qz caathite portabāt altare hūeris et vasa e⁹. Idōt dici potuus q̄ gersonite ferebant vasa mīsterij altaris nō altaris vasa Aliq̄ forte in q̄b⁹ ponebāt ea q̄ portabāt ptinētia ad altare.z illa vasa ponebātur super curr⁹.

¶ De quodā mō reddendi rem alienam. Capitulū.V.

Tunc precepit dominus eiici p man⁹ sacerdotum a castris leprosos.et semine fluentes. Et factū est ita. Addidit q̄z dñs ō redditōe alienе rei.vt fierent cum q̄nta pte capitis. Sz qz in exodo videt dicere ptrariū.scz vt in quadruplū reddere tur ideo bucusqz distulim⁹.vt hic soluerem⁹. Et dicim⁹.qz alienе rei possessio aliqñ fiebat ex industria furto vel rapina.aliqñ fiebat p negligentiā.aliquando ignoranter. De re sublata scienter in exodo ōz q̄ restituatur in quadruplz si perierat res.q̄ si extabat in duplū. Sibi legis.v.boues p vno alia est translatio p̄m quosdā.et q̄ q̄druplū veri⁹ dicat.ex verbis zachei pbatur. De sublata p ignorantiā agit hic vt reddat caput.z q̄nta pars desup.vel de re furtiua si penitus latet.et fur penitens sponte p̄fitetur z reddit Si vo nō esset q̄ reciperet.redderetur dño. et esset sacerdotis. Pro peccato vo furti vel negligentie fiebat aliqua oblatio p̄m quantitatem rei. Joseph⁹ dicit.aurum et argētuz reddi in duplz.iumēta in quadruplū. solū bouem in quintuplum.qz quāto possidetur

ceteris vtilꝰ.tanto amittꝫ damnosiꝰ.

¶ De iudicio zelotipie Ca.VI

HOdoit quoqz dominꝰ de lege zelotipie.zelus ppꝛie dꝛ amoꝛ viri in vxoꝛē.p q̄ sustinere nō potest vt alij misceat̄.vnde vir dꝛ zelotes.zelotipia vo q̄q3 dꝛ mechia ⁊ zelotipꝰ adulterꝰ Volet ergo zelotipia dici sola suspicio adulterij.de q̄ legitur ꝫ ad hunc modū. Si spūs zelotipie ꝓcitauerit virū ꝑ vxoꝛē suā q̄ polluta est.sed ꝓbari nō potest.vel q̄ falsa suspitō ne impetitur.adducet eā ad sacerdotē.et offeret ꝓ ea assariū farine oꝛdeacee.qđ est decima pars sati.nō fūdet oleū.nec thus imponet.Sacerdos aūt statuet eam coꝛā dño.et ponet in mambꝰ eiꝰ in vase fictili aquas viuas.et oblationē farine.pugillū cꝰ ⁊ thus incendet sup altare.et mittet in aquā pauxillū puluerꝭ de pauimento tabernaculi.et nudabit caput eiꝰ.scribet q3 in mēbrana.vt dicit ioseph.ꝰ.dei vocabulū.s.tetragrāmaton.Faciet q3 eam iurare q̄ nil viro suo nocuerit.in his q̄ sibi obijciunt̄.Q3 si ꝫ viro suo non sufficiet.subdet sacerdos maledictiones et scptas i mēbrana et dicet Si nō es polluta deserto viri thoꝛo.ñ teno ceāt aque iste amaꝛissime Si aūt declinasti a viro igrediāt̄ aque maledicte ventrē tuū.et ipm tumescere faciant.et putrescat femur tuū dextruz.Et dicet mulier.Amen amen.Et delebit sacerdos omēz mēbrane scpturā in aquis.et dabit ei bibere et tūc sacerdos tollet de manu eiꝰ sacrificiū zelotipie.et eleuabit illud coꝛā dño.et ponet super altare.Q3 si rea erit adulterij mulier. putrescet femur eiꝰ.⁊ vterꝰ tumebit in ydropisim.nō tñ statī.s3 vsq3 ad decē mēses.Q3 si ñ polluta erit ⁊ noxia erit ei aq̄.imo sepe ꝓcipiet.et pariet masculū mēse decio.Hec aque dicebant̄ sancte ppter nomen dñi dilutū in eis.et dicebantur maledicte ppē maledicta congesta in eis.et amaꝛissime ppter effectuz qui quandoq3 sequebatur.Hec aūt lex ītroducta fuit ad duriciam coꝛdis eoꝝ sicut permissus est libellus repudij.quia prompti erant ad effundendū sanguinem.

¶ De sanctimonia nazareoꝛum Capitulum.XVII.

LOcutꝰ est dominꝰ ad moysen de lege nazareoꝝ. Nazareus sonat sanctꝰ.vel floꝛēs.vel germinās.Dicebant̄ q3 nazarei quidaz qui ex voto obligabāt se sāctimonie.vsq3 ad certum tempꝰ.vel iugiter vt samuel.et ꝓfectabant se dño.⁊ q̄ separabantur a cōmuni vita hominū.sicut quis modo p annū l duos ex voto seruit in hospitali bieruſalē.Sanctitatis eoꝝ lex erat hec.Omni tpe separatōis sue nouacula nō trāsibat super caput eius. vnde forte quidā pingunt apostolos et ihm stum crinitos.non in re.sed ꝓ sanctitate. Nihil q̄d inebriare poterat bibebāt.nō edebant aliquid q̄d esset ex vinea ab vua passa vsq3 ad acinum.Ad nullū moꝛtuū ingrediebant̄.Q3 si moꝛtuꝰ esz subito q̄spiā coꝛā eo polluebatur caput cōsecrationis sue.et ilico radebat caput suū.et rursum die septimo offerebat par turturū aut duos pullos columbaruz. quoꝝ vnum sacerdos faciebat ꝓ peccato. alterum in bolocaustum.dieq3 quos fecerat ꝓ infectis erant.et voti sui sanctimoniam iterū incipiebat.Forte nō ꝓ quolibet moꝛtuo.sed ꝓ occiso coꝛam eo polluebatur quicquid fecit ppter sanctimoniā.Completis aūt diebꝰ voti sui.offerebat agnū anniculū in bolocaustū.ouem anniculaz ꝓ peccato.arietem hostiam pacificā.Et nota cum ita simpliciter ponit̄ aries q̄ hebꝛeꝰ dicit ad minꝰ duoꝝ ānoꝝ eū debere esse.Canistrū q3 diuersoꝝ panū azimoꝝ exceptis his que sponte offerebat iuxta pfectōem sanctitatis sue.q̄ oblatio dicebat̄ coꝛban.i.munꝰ.Et offerebat mulier.xxx.siclos si poterat.vir.l.sin ät ad arbitrium sacerdotis pauꝑ offerebat. Cūq3 imolauerat hostias sacerdos ritu suo reddebat̄ nazareꝰ ad ostiuz tabernaculi.ponebatq3 sacerdos crinē eiꝰ in ignē sacrificij.⁊ sic ad cōmunē hoīm vitā redire poterat.

De benedictōe sup populum
Capitulum.VIII.

Terū locut⁹ est dō
min⁹ ad moy;
sen. Aaron
et filij eius īuocabūt
nomen meum sup fi
lios israbel.et ego be
nedicam eis. Hoc fit
in omnib⁹ sacramē;
tis ecclesie. Jnuoca;
bunt autem sic. Be
nedicat tibi dñs ōs
et custodiat te.det tibi pacem.et ostendat ti;
bi faciem suam.

De oblationibus duodecim die;
rum in dedicatione tabernaculi.
Capitulum.IX.

Factū est autem in
die qua vnxit moises tabernaculū
et sanctificauit illud.obtulerunt.xij.
pncipes tribuū in altaris strenuatōnem vt
hebre⁹ habet.vj.plaustra tracta cū.xij.bob⁹
singuli bouem vnū et bini plaustrum vnū.
Et data sūt duo plaustra gersonitis ad ferē
da onera eor̄.de quib⁹ dixim⁹.et q̄ttuor sūt
data meraritis.postea singuli singulis die;
bus obtulerunt vasa altari necessaria. Duo
decim enī dieb⁹ solennitas dedicatōnis pro
telata est. Prima die obtulit naason de tri;
bu iuda acetabulum argenteū.cxxx.siclorū.
Hebre⁹ habet scutellam phialā q̄z argenteā
lxx.siclorum vtrū q̄z plenū simila. Jn phiala
thus ponebaī. Mortariolū q̄z aureum.x.si
clor̄ plenū incenso. Jn q̄ vase aromata tere
bantur. Hebre⁹ habet coclear q̄ scilz thus in
thuribulo ponebaī. Bouē q̄z z arietē z agnū
anniculū in holocaustū.hircū q̄z p peccato
et i sacrificio pacificor̄.boues duos.arietes
q̄nq̄z.hircos q̄nq̄z.agnos anniculos q̄nq̄z.
Eiusdem modi vasa
et eusdē hostias ob;
tulerūt alij pncipes
quisq̄z die suo.et sic
termīata est dedica;
tio.xij.dieb⁹. Patet p recapitulatōnem hec
dici. Octaua eī die mensis pmi.sm q̄ōl rā vi
det sonare inchoata ē dedicatio.vij.eī dieb⁹
pcedentib⁹ eius dē mēsis pfecrati sūt sacerdo
tes.et tabernaculū inunctū.sed nōduz dedi;
catum. Si vo ita est.tunc pfecratio sacerdo
tū et dedicatio tabernaculi ptelate sūt.x.z.ix
dieb⁹. Itaq̄z nō fece;
rūt phase eo āno tpe
suo.s.die.xiiij. Qd tñ
pceptū fuit eis a do;
mino pma die eius dē
anni. Ideo quidam dixerūt vt prediximus.
vij.dies pfecratōis sacerdotū fuisse termina
les pmi anni.et pma die scdi anni vnctū ta;
bernaculū.xij.die finitam dedicationez.xiiij.
die celebratū phase. Potest tñ dici hanc ob
lationē.xij.dierū factam scdo mense āni scdi
nec p recapitulationē hec dici. Qd vo legit
ea die inchoataz qua vnctū est tabernaculū
eadem dicūt p cōsimili.q̄z sicut.viij.die pmi
mēsis vnctū ē tabernaculū.ita z.viij.die scdi
mensis inchoata est hec oblatio.et sic.viij.p;
mis dieb⁹ anni tertij sacerdotes et taberna;
culum pfecrata sunt

Non ei licebat duo
generalia festa face;
re simul

De cōsecratōe leuitarū. Cap.X.

Terū locutus est
dñs ad moi;
sen dicēs.
Tolle leuitas de me
dio filiorum israbel
et sanctificabis eos
mibi. Itaq̄z sm pce;
ptum dñi leuite pus
aspersi aqua lustra;
tionis.rasisq̄z omni
bus pilis carnis sue
vbi nō includunt ca
pilli.lotis etiaz in du
mentis coz̄ dño ste
terūt ad ostiū taber
naculi.cōuocata omī multitudine.ponētes
q̄z man⁹ suas sup eos filij israbel obtulerūt
eos aaron mun⁹ dño.vt seruirēt in ministe
rio e⁹. Obtulerūt q̄z leuite boues duos.quo
rum alterū fecit aaron p pctō.alterū in bo;

Plane dici pt.q ea;
dē die inchoata sunt
pfecratio vel vnctio
sacerdotuz et dedica
tio tabernaculi z ob
latio pncipū z cucur
rerūt simul p.vij.die
es.post q̄s secuta est
oblatio.v.dieb⁹.xiij.
die pfecrati sūt leuite
et.xiiij.die fecerūt so;
lenne phase.

locaustum .et sic separati fuerĩ dño a filijs isrl'.Exinde habuerũt in vsus suos ea q̃ dñi erãt.De decimis ei viuebãt.et his ꝓtẽti erãt Sacerdotũ vo etiã erãt sacrificia.ꝑmitie.ꝑ mogenita vota.His omib⁹ vescebãt cũ domo sua mundi tamẽ.ꝑter oblata.ꝑ peccato. q̃ sacerdotes soli peccata ꝓpli comedebant. Decimã decimarũ suaꝝ dabãt leuite sũmo sacerdoti.et de melioꝛib⁹ dabãt.ideo sortem nõ habuerĩ ĩ tra.q̃d ꝛ meli⁹ eis cesserat.Tũc ei duodecimã ꝓtez tantũ bonoꝝ terre habe/rẽt.modo habebãt decimã

¶ De his qui nõ possũt facere pha se primo mense. vt faciant secundo.

Capitulum. XI.

Locutus est dominꝰ ad moysen. Anno secõdo mẽse ꝑmo. Hic plane determinat̃ per recapitulationẽ ℟ dici.faciant filij isrl el phase tẽpe suo.xiiij.die mẽsis vsq̃ ad vesperũ.et fecerũt phase.Erãt autẽ q̃dam ĩmũdi super aĩa boĩs.i.sup boĩez q̃ ꝛ aĩa.cuiꝰ cadauer q̃ tetigerãt ñ poterant facere phase. Et dixerĩ ad moisen Quare fraudamur ne valeamus offerre inter filios isrl. Forte indignantes. q̃ talis ĩmũdicia necessaria ẽ q̃ñq̃z.Et cõsuluit moyses sup ℟ dñm. Qui respõdit ei. Homo de gẽte vrã q̃ fuerit ĩmundꝰ sup aĩa boĩs siue in via ꝑcul faciat phase mẽse secõdo. xiiij.die.oẽz rutũ phase obꝛuans. Si vo sine hmõi causis.tpe suo ñ fecerit phase.extermi/nabit aĩa eiꝰ de ꝑplis suis.Peregrinꝰ q̃z aduena.si fuerit apud vos faciet phase dñi Si querat̃.si iterũ in mẽse secõdo.ꝓpt ĩmundiciaz nõ posset facere phase.q̃d faceret. Põt dici. q̃ tertio faceret.q̃ q̃d in vno dictuz ẽ.similit datur in alijs intelligi. Vel forte si deinceps eo anno nõ faceret.non peccaret.

Quasi.d. p ℟ q̃d ibi ꝛ ãno secõdo.patet q̃ istud.s.faciãt filij isrl phase.ꝛc.ꝛ p recapitulatõem. Debet ei ꝑus dictuz fuisse.cuz ꝑus factũ sit in mense sez ꝓmo ante oblationez ꝓncipũ.q̃ supposita est.

A melioꝛi pte totuz bomiez significat.s.p aĩaz q̃d ẽ frequẽs i sacra pagina

¶ De tubis argenteis et modo clãgendi in eis Capitulum XII

Iteruz locutus est dñs ad moisen. Fac tibi duas tubas argenteas ducules.quibus ꝙocabis multitudinẽ. Has duas tubas habebãt in q̃ttuoꝛ vsus ad ꝙocandã multitudinez. ad mouẽda castra.ad bella.ad festa. Et erat vt dicit iosepb⁹.tuba fistula cãtatoria. penemagnitudine cubiti.calamo capacioꝛ.ꝓbẽs in ꝓncipio tantudinẽ q̃ ꝙeniat oꝛ ad fusce/ptionẽ spũs.q̃ hebraice ꝛ asora. In cõvocatione vero multitudinis aliqua erat diuersitas.ad cõvocandũ oẽz populũ. Utraq̃z simul clangebãt simpliciter. Ad ꝙocandos solos ꝓncipes semel clangebãt. Nõ duplici ter intelligit̃.i.vna tantuz.vel vno impulsu. Etiam vt addit iosep b⁹ semel clangebant.si ꝓncipes populũ suũ q̃sq̃z in eccia cõvocare volebãt.vel moyses ꝓpm ꝑ ecclesias. Ad castra vo mouẽda nõ simplicitez.sed concisez pliri⁹ tubis clangebãt. Et i ꝓmo sonitu movebant castra.tres tribus q̃ erant ad oriẽtẽ in secõdo q̃ ad meridiẽ.in tertio q̃ ad occidẽtez in quarto q̃ ad aquilonẽ. Ad bob⁹ vo clãgendi in bellis nõ distinguit̃.q̃ forte sicut apud alias nationes fiebat apud eos. Quãdo eti am babebant solẽne epulũ.et dies festos.et kalendas clãgebãt.si nõ ẽ determinat⁹ modus. Sacerdotes ãt clãgebãt.

¶ De recessu isrl a monte syna Capitulum. XIII.

Anno secũdo.mense secõdo.xx.die mensis.eleuata ẽ nubes de tabernaculo federis.et profecti sũt de mõte dñi viã triũ dierũ. Dicunt hebrei.q̃ arcba ꝓcedebat eos trib⁹ dietis suis per quã nube stante q̃i ad certũ locũ cõveniebãt paulatim.q̃dã cuiꝰ.q̃dã tardi⁹.Si melius ẽ vt de ℟ intnere tãtũ dicã⁹ q̃ñ egressi sũt de mõte syna.et ꝑcessit eos nubes.nec q̃/euit ꝑ tres dies ꝛ nos

Uerius ẽ inq̃t.m.vt dicam⁹ q̃ñ egressi sũt de syna tantũ eos ꝑcessisse nubem

ctes. Ñ ſtatim murmurauerī ꝓ laboꝛe itineris. qꝛ nec noctib⁹ caſtra poſuerūt. ⁊ tunc recubuit nubes ī ſolitu die pharan. i. in ꝑma māſione quā fecerūt ī pharan. Eſt ei phara maxīa ſolitudo quā mō ſarꝛaceni inhabitāt Quia ergo anno ꝑmo. mēſe tertio. ꝑma die mēſis. venerī ad montē dñi. ⁊ ab eodē egreſſi ſūt āno ſcdo. xx. die menſis ſcdi. patet q̄ in hac māſiōe q̄ ⁊ xij fuit fere ſederūt per annū. Et dicit hieronim⁹. qꝛ p annum ⁊ q̄ttuoꝛ dies ibi fuerī. Qd difficilimū eſt ī ueīre. niſi forte fuerit ann⁹ emboliſmalis. Pōt tñ dici qꝛ ea die q̄ legē acceperāt. reuoluto āno naturali receſſerūt. Cū ergo veniſſent ꝓdie kal. iunij ad mōtem et q̄rta die iunij legē recepiſſent. ſi eadem die. iiij. reuoluto anno receſſerunt. patet qꝛ q̄ttuoꝛ dieb⁹ ⁊ anno ſederūt ad mōtē. et ita tertio mēſe āni legittimi. die q̄rto receſſerunt. Ñ nihilominꝰ veruꝝ ē. qꝛ ſcdo mēſe anni ſecū di. xx. die egreſſi ſūt. Tripliciter ei accipit ann⁹ ab eis ꝑter naturalē Annus vſualis a ianuario quez habent cōmunez nobiſcū in ꝓtractib⁹ ſuis ⁊ negociis cōmunib⁹ agendis. Quoto āt mēſe b⁹ āni. q̄rta die egreſſi ſūt ñ legit. Eſt ⁊ apd eos ann⁹ legittimuſ q̄ vtit in legittimis

Solaris ann⁹ ſuperat lunarē. xj. diebus q̄b⁹ collectis ꝓſtituitur vna lunatio per xxx. dies. vel cit. p. xxix. dies q̄ ſupſunt reſeruatis. et ann⁹ q̄ eueīt illa lunatio dr embolifmalis. aliꝰ dicit cōmunes. Cōtigit autē aliq̄n duos communes interponi embolifmali. aliq̄n vnum ſm q vn⁹ tantū bis ī decēnouali ciclo euenit. Inde ē ergo q dixit hieronim⁹. niſi fuerit emboliſmal' annus. Impoſſibile eſt q̄ p annū naturalez et q̄ttuoꝛ dies fuerit ibi. ſi. l. die a paſca ſūt egreſſi. qꝛ nū q̄z dies paſce idem ē āni ꝓcedentis et ſequētis. et nūq̄z ꝓcurrūt paſca annuū et annotinū. Similit nūq̄z idez ē dies. l. Non ergo ab eo die q̄ lex data ē reuoluto āno naturali ſunt egreſſi. ſz cū venīſſēt ad mōtē ꝑma luna iunij reuolutis lunatōib⁹ vſq ad ꝑmaz lunā iunij. q̄rta eiuſdē luna ſūt egreſſi. q̄ ē q̄nq̄geſima die a. xiiij. luna aplis. q̄ agūt. In ℞ vt dixim⁹ tertio menſe ⁊ die q̄rto egreſſi ſut. Eſt ⁊ apud eos ann⁹ emergēs In memoriā eī liberatōis ſue ceperūt āños ſuos numerare ab exitu de egipto. ſicut greci a ꝑma olimpiade. romani ab vrbe cōdita chriſtiani ab incarnatiōe dñi. ⁊ b⁹ anni ſcdo menſe. xx. die egreſſi ſūt. Jam ei ann⁹ a phaſe vſq in phaſe vnus trāſierat. et de ſecūdo a phaſe ſcz vſq ī phaſe fluxerāt. l. dies. Ergo menſis vn⁹. xxx. dierū fluxerat. et ſecūd⁹ iam fecerat viginti dies. Hec āt annoꝝ diſtinctio in multis locis neceſſaria ē. In hac māſiōe media pars exodi. et tot⁹ leuitic⁹. ⁊ numeroꝝ ꝑcepta nō modica deſcꝛipta ſunt. Nota q̄ quadruplex ē ann⁹. legitim⁹. emergēs. vſualis. ⁊ naturalis. Ann⁹ legitim⁹. b⁹ anni tertio menſe iunio. et quarta die eiuſdem menſis egreſſi ſūt. Iſtum cōputa a kal'. in kal'. Annus emergens. hui⁹ anni ſecūdo menſe. l. xx. die eiuſdē q̄ ē quarta dies iunij. exierūt. Iſtū a phaſe in phaſe cōputa. Nonus accipe. xv. dies ꝑmi menſis. ⁊ iunge cū. xiiij. dieb⁹ maij ſeq̄ntis. Ecce habes ꝑmū menſem ſcdi anni Item accipe. xvj. dies q̄ remanēt de maio. et iūge cuz quattuoꝛ dieb⁹ iunij. et habebis. xx. dies ſecūdi menſis a phaſe. Et ita vera erit vtraq; cōputatio anni ſcz legitimi ⁊ emergētis. ſicut ī textu lrē ꝓtinetur. Annus vſualis iſte incipit a ianu. ⁊ hunc habent hebrei nobiſcū cōmunē in negocijs ſuis. Ann⁹ naturalis. hui⁹ mēſe tertio. luna. iiij. q̄ eſt. l. dies. a. xiiij. luna aplis receſſerūt ¶ Duxit autem moiſes ſecū obal. alias obab. frēz vxoꝛis ſue q̄ nouerat in q̄b⁹ locis ꝑ deſertum caſtra cōmode poni poterāt. ꝑmittens ei de optimis q̄ traderet eis dñs. Sane cū eleuabat' arcba dicebat moyſes. Surge dñe et diſſipēt inimici tui. et fugiāt q̄ oderūt te a facie tua. Cū āt deponeret' aiebat. Reuertere dñe ad multitudinē filioꝝ exercit⁹ iſrahel.

¶ De electōe ſeptuaginta ſenioꝝ. Capitulum. XIIII.

Ortum eſt āt murmur ꝓpli ꝓ dñm dolentis pro labore. Et accenſ⁹ ignis ī ira dñi deuoraut extremā partē caſtroꝝ. illos ſcilz q̄ retro

longe erant. Orauitq3 moyses ad dominū. 7 absorpt9 est ignis. Vocauitq3 nomen loci illi9 incensio. tamen non fuit hoc mansiōis nomen. In eadē quoq3 mansione vulg9 promiscuū quod ascenderat cū eis. idē. serui et ancille egipti. et multi de israhel pariter cū eis flagrabant desiderio carniū. Carniū nomine nō solas carnes. sed alioz ciborū etiaz abundantiaz intelligimus. Unde nec ī querela eoz de carnib9 legitur. cū dixerunt. Recordamur pisciū quos comedebam9 gratis in egipto. in mentem venūt nobis cucumeres. et pepones. porriq3 7 cepe 7 allia. anima nostra arida est. nihil vident oculi nostri nisi manna. Audiuitq3 moyses populuz flentem. et intolerabilis res visa est ei. quia 7 ab eo escas petebant. Et ait ad dominum. Cur imposuisti populi hui9 pond9 sup me. Nūquid ego concepi 7 genui multitudinē omnē hanc. Obsecro. aut aliter prouideas. aut interficias me. Cui dñs. Congrega mihi. lxx. viros de seniorib9 israhel quos meliores nosti ad ostium tabernaculi. et auferam de spiritu tuo. tradamq3 eis. vt sustentent tecum onus popli. 7 populo dices. Cras dabo vobis carnes vsq3 ad mensem dierū. id est quę sufficient ad mensem. etiā vsq3 ad nauseam Et dicitur large nausea pro vomitu. Propriē est enī vomitus ille. qui excitatur fetore sentine. Ablatio quidem spūs moysi. et traditio alijs. non est intelligenda diuisio spiritus ei9 per partes. vel imminutio. sz illumiatio alioz ad regendū populū. per eandē specialem gratiā per quā et moises illuminat9 erat. sicut de igne vni9 lucerne multe illuminantur sine sui diminutione. Electos itaq3 lxx. viros duxit moyses ad ostium tabernaculi preter duos qui in castris remanserant non ex cōtemptu. sed quia reputabant se indignos. quoz vn9 vocabatur heldad. 7 alter meldad. et erant vt aiunt hebrei. frēs moysi ex matre. sed non ex patre. Descenditq3 domin9 per nubē et requieuit spūs in eis q̄ stabant cū moyse. et ppbetabant. Sed et duo qui remanserāt in castris ppbetauerunt. nec postea siluerunt. id ē. semp deinceps vocati sūt prophete. Et rediit moyses cum illis ad castra

Hieronim9 dicit super paralipomenon nō ex patre sz ex matre. q2 post legē accepta amrā mādante moyse dimisit matrē ei9. q2 amita ei9 erat et duxit aliaz de qua suscepit hos duos. sz fm Histi nōduz erāt bimi. Magister solut. Potest dici lex accepta a moyse p cognitionē in spū multo ante tempe q̄z per dationez forsan p. xxx. vel xl. annos. Et ita isti duo potuerūt cōnumerari inter. lxx.

¶ De datōe carniū et ira dei super eos. Capitulū. XV

Ventus uero egrediens a dño arreptas precepto ei9 trās mare in insulis ortigijs. cotur nices detulit in castra p circuitum castrorū itinere diei vnius. volabant q3 a terra altitudine duoz cubitorū. Surgensq3 popul9 cōgregauit sibi coturnices duob9 diebus. 7 siccauit eas. Qui parum. x. cboros habuit. Fuerunt hec coturnices vt tradunt nō modice que apud nos sunt. sed ille maiores q̄ regie aues dicunt. quas curleios a currendo vocamus. Nondum defecerat cibus. et furor dñi percussit populuz plaga magna nimis Modus vero plage non determinatur h. sed ī psalmis videtur q̄ fuerit ignis. Sepultusq3 est ibi popul9 qui carnes desideraverat. Unde et loc9 ille vocat9 est cabroth. aliaz cabaroth. quod sonat desideriuz sepulture. vel sepulchra concupiscentie

¶ De plaga marie et causa lepre. Capitulum. XVI.

Egressi autez de sepulcris concupiscentie venerūt in asseroth. ibiq3 iurgati sunt maria 7 aaron contra moysen. propter vxorem eius ethiopissam. quasi rixantes cum eo. improperauerunt ei q̄ reginam ethiopie in vxorē duxerat. vel ductam dimiserat. vel potius propter vxorem eius sephoram. que rixata fuerat contra mariā. Audianite enim quon-

dam vocati sunt ethiopes.vt legitur in paralipomenon.et indignando dixerunt. Nonne et nobis sicut et moysi locutus est dominus Acsi dicerent. Quare vult moyses preesse nobis.quia locutus est ei dominus Et iratus dominus dixit eis. Egredimini vos tres tātū ad tabernaculum. Cūq; starēt ibi.descendit dominus in colūna nubis. Vocansq; aaron et mariam ait. Si quis fuerit prophetа iter vos.loquar ei in visione.vel per somnium. vel per enigmata.vl' per figuras. Non sic seruo meo moysi qui in omni domo mea fidelissimus est.ore ad os loquor. vt quid ergo detraristis vos ei quasi parificantes. Et recessit nubes.et ecce apparuit maria leprosa. Et ait aaron ad moysen. Obsecro dñe.ne imponas nobis hoc peccatum. Orauitq; moyses ad dominū. Deus obsecro sana eam. Cui dominus. Si pater eius spuisset in faciē ei nonne debuerat saltem septem dierum rubore confundi. Separetur septem diebus extra castra.q.d. Si pater eius vilificasset eam pro aliquo crimine suo.nonne deberet aliq tempore verecundari. Exclusa itaq; est maria extra castra septem diebus.nec populus motus est donec reuocata est.

De duodecim exploratoribus. Capitulum.XVII.

Egressus aūt populus de asseroth.fixit tentoria i deserto pharan. Non est pharan nomē mansionis sed solitudinis plures mansiones continentis.vt in catbalogo mansionū manifestabitur. Omnes enim continet mansiones ab asseroth.que fuit.xiiij.vsq; ad asiongaber.que fuit.xxxij.per quas omnes transierant in anno secundo. De asiongaber misit moyses ex precepto domini.xij.viros singulos de singulis tribubus.q̄ considerarēt terrā quam possessuri erāt.quorum principui fuerūt caleph filius iephone de iuda.et osee filius nun de effraim. Vocauit aūt moises osee iosue hic erat mister moysi. Unde quidam dicūt id quod supra dictū est iosue pantici pationē dictū esse.q̄ nūc primo impositus est ei ꝟ nomen. Nō test etiā dicī.q̄ moyses curā et salutē aliorum.xj.cōmisit illi. Cūq; vocaret iosue l'osee que noīa saluatorem sonant.tunc primo ei ꝟ nomina appropriauit.cum saluatorē aliorū instituit. Precepitq; eis moyses.vt pspicerent qualitatē terre et hominū et vrbium.et afferrent de fructibus terre. Eratq; tempus.q̄n pcoq̄ vue comedi possunt. Qui ascendētes exploraueruūt terram.et venientes i hebron. viderunt tres viros de genere enach vl' enachim.id est.de semine giganteo.quales etiā viderant in thanai ciuitate egipti. q̄ a thanai titanes dicti sunt. Fuit autē hebron.vij. annis edificata ante vrbem thanaim. vnde et ab hebron semen gigantium in egiptum descendisse creditur. Descendentesq; vsq; ad vallem vberrimam et torrentem.tulerūt de malis granatis et de ficis locilius. Palmitem quoq; cum vua abscideruūt. quē pre magnitudine tulerunt in vecte duo viri. Unde hoc appellatus est locus ille neeleschol.id est.botri torrens.

Hec sunt nomia.xij. exploratorum quos misit moyses. De tribu rubē semmaa. de tribu simeon salpbaat de tribu iuda caleph ō tribu isachar igal.de tribu effraim osee vel iosue. De tribu beniamin phalti. de tribu zabulon gel debel. ō tribu ioseph gaddi. de tribu dan anuel. de tribu aser stur. de tribu neptalim nalbi. de tribu gad guel Hec sūt nomina virorū quos misit moyses ad pspiendam terrā chanaan.

Malagranatus arbor. malūgranatus fructus.

De murmure populi pro quo per xl.annos in deserto perierunt. Capitulum.XVIII.

Reversiq; post dies xl.venerunt ad populum suum in cades. de.xxxij. enim mansione interim egressus erat populus. et morabat in.xxxij. Tamen quidā tradunt.q̄ de cades

missi sunt exploratores.et ibi eos expectauit ꝓp̃lus. Hanc mansionē vocat ioseph⁹ qualem iuxta chananeorū terminos existentē.ꝛ ad habitandum difficilem.et commēdātes viri terrā quā viderāt addiderunt

Sed cultores fortissimos bz.vrbes grādes et muratas.stirpem enach vidimus ibi.quib⁹ nos cōparati q̄ locuste videbamur

Terra quā lustraui⁹ deuorat habitatores suos. qō sic exponit hebre⁹ Terra infirma est.nec habere diutius viuaces homies potest.vel qz nulli gentu licebat diu in ea habitare ꝓp̃ frequentes impugnatōes supuentiū. Vñ ꝓpba cū securitatē pmanēdi illi terre pollicet.hoc opprobriū ab ea auferendū dicit.q nō vocabit terra cultores suos deuorans . Potest tñ ꝛ in cōmendatiōez terre dici.q ado bona sit.vt null⁹ ex ea pegrinari velit.sz q̄ in ea nascit.morit in eadem. Igitur audiēs hec omis turba fleuit dicens. Utinā mortui essemus in egipto. Nōne melius est reuerti i egiptum q̄z cadam⁹ gladio.et vxores et liberi tradantur captui. Cōstituam⁹ nobis ducem aliuz q̄z moysen.et reuertamur i egiptū. Ut vero iosue et calepb sciderūt vestimēta sua dicentes. Nolite rebelles cē ꝓ dñm.i.eum mendacem in pmisso iudicare.quia sicut panē populū terre hui⁹ deuorabimus. Cūq; clamarent in eos alij decē q̄ terruerant populum. et omis multitudo lapidib⁹ vellet eos opprimere.apparuit gl'a dñi sup tectum federis.et ait dñs ad moysen. Quousq; nō credet mihi popul⁹ hic. Feriam eos et faciā te in gētez magnā. Cui moyses. Obsecro dñe ne fiat ꝟ. ne forte insultēt tibi egiptij.et dicant. Nō potuit ꝓp̃lum inducere in terrā quā pmiserat. Cui dñs. Iuxta verbū tuū dimisi. Uttamen viuo ego.null⁹ eoz q̄ viderūt signa q̄ feci in

In terra pmissionis habitabant .vij. ꝓp̃li. quoz vnus erat chananeus.

Pro naboth iez rabelites habebat vineaz iuxta palaciū regis. Et dixit ad eum rex. Da mihi vineā tuā. vt faciā in ea ortum oleruz. daboqz tibi p ea vineā meliorē vel precium Qui respondit. Propicius sit mihi dñs. ne dem hereditatē patrū meoz tibi. q.d. Non possū. Hereditas relicta ē mihi a patribus. vt relinquā eā posteris. Et ptristat⁹ rex proiecit se in lectū. et nolebat comedere. z pforta uit eū iezabel dicens. Equo animo esto. ego dabo tibi vineā naboth. Et scripsit secreto literas ex noīe achab. et anulo ei⁹ signatas. et ad iudices iezrabel misit. vt cōuentū facerēt et ieiunarent. tanqz dei iudiciū facturi. z sūi mitterent testes aduersū naboth q̄ dicerent. Benedixit naboth deū et regem. i. maledixit. sm hebreū ydeoma et iudicātes reum maiestatis lapidarent. Et factū est ita. z lapidat⁹ est naboth extra ciuitatez iezrabel. Cuz ergo accepisset achab de morte naboth. descendebat in vineā vt possideret eaz. Et occurrit ei helias thesbites dicens. Hec dicit dominus Occidisti. insup et possedisti. Hebre⁹ habet. Occidisti z post hec hereditabis. In loco ꝫ in q̄ linxerūt canes sanguinē naboth. lābent ğz sanguinē tuū. i. in eadem regione. Nō enī intelligēdū ē in eodē loco singulariter. Qui rñdit. Num inueniſti me inimicū tibi. id est quare inimicaris mihi. Et ait helias. Eo q venundat⁹ sis diabolo. vt faceres malum coram dño. Propterea demetet dñs posteritatem tuā. et dabit domū tuaz sicut domū ieroboā z baasa. Sed et de iezabel dicit dominus Canes comedent iezabel in agro iezrabel. Achab ergo timēs valde scidit vestem suaz et operuit se cilicio. et dormiuit i sacco. z ambulauit demisso capite. Et ait dñs ad helyā. Quia humiliat⁹ est achab coram me. non inducam malum ꝫ in diebus ei⁹. sed in diebus filij sui. Forte dimissum est ei peccatū ppter pressentē iusticiā. Transierūt igit tres anni sine bello inter siriam et israhel. ppter fedus qđ interat Interim aūt iosaphat rex iuda accepit vxorē filio suo ioram athaliam filiam achab et iezabel. et p affinitatem confederati sūt rex iuda et rex israhel. Tūc descendit iosaphat ad regem israhel videndū. et eo pīte dixit achab seruis suis. Nostra est ramoth q̄ est in galaad. cur negligim⁹ eam tollere de manu regis syrie. Et ait ad iosaphat. Veni mecuz ad pliandū in ramoth galaad. Qui respondit. Sicut ego ita et tu. populus meus pplus tuus. Sed queram⁹ hodie ob secro sermonē dñi. et asciti sūt baal pphē ter. cccc. Quib⁹ rex ait. Ibo in ramoth galaad ad pugnandū an quiescā. Qui dixerunt. Ascende et dñs dabit eā in manu regis. Et ait iosaphat. Num est hic pphēta dominus

Cui achab. Remãsit vñ⁹ michees filius bu/
emla. ſz odi eũ. qz nõ ppbetat mihi bonum.
Dutabat reliqs occisos a iezabel. Tũc petẽ
te iosaphat vocat⁹ ẽ micheas. z hortabat eũ
nunci⁹. vt bona regi diceret. ſicut z alij. Qui
rñdit. Viuit dñs. qz qcũqz dixerit mihi dñs
B loquar. Sedecias in pseudo pphetis erat se
decias ferẽs cornua ferrea. z dicẽs ad achab
Hec dicit dñs. His ventilabis syriaz. donec
deleas eam. i. B signũ do tibi. qz ventilabis si
riã. Tũc quesiuit achab a micheа idipm qđ
quesierat ab alijs. Qui rñdit. Ascende. z tra
det eos dñs in manu regis. nõ mi dixit quos
vel cui⁹ regis. Cui achab. Adiuro te vt nõ lo
quaris nisi qđ verũ ẽ in noie dñi. Tũc ait mi
chees. Vidi israel dispersũ qi oues sine pasto
re. et ait mihi dñs. Non habent isti dominũ
reuertant. Et intelligẽs achab q pdicerz ei se
morituꝝ. dixit ad iosaphat. Vides qa non
pphetat mihi bonũ. Tunc addidit micheas
Vidi dñm sedentẽ. et angelos assistentes ei
bonos a dextris. malos a sinistris. z ait. Quis
decipiet achab vt ascẽdat et cadat i ramoth
galaad. Hoc ei exigebant merita e⁹. Et dixit
vn⁹ a sinistris. Ego ero spũs mendax in ore
pphetarũ ei⁹. Cui dñs. Decipies z pualebis
Tũc sedecias percussit micheã in maxillaz et
ait. Vide ne dimisit spũs dñi. z locut⁹ est tibi.
Cui micheas. Videbis qñ absconderis in
cubiculo. tanqz depbensus in mendacio Et
vidit sedecias regẽ belitantẽ. z pforauit eũ
dicẽs secreto. Hic si esset pphẽa aruspicz man⁹
mea. sicut man⁹ ieroboã. Sed et locut⁹ ẽ cõ
tra beliam q pdixit te morituꝝ vbi mortuꝰ
ẽ nabotb Tũc rex pcepit incarcerari micheã
vsqz ad reditũ suũ.

De Iosaphat. Ca. XL.

Hscenderunt igitur a cũ exercitu duo reges i ramoth ga/
laad. et iosaphat erat in stola regali. Cui achab deferens erat in habitu militari. vel ne cognosceret a syris. Rex enĩ syrie pce/
perat pncipib⁹ belli. vt reliqs nõ curãtes
solu⁹ achab sanguinẽ quererẽt. Et pterea i
petu facto pugnabãt cõtra iosaphat. Qui cũ ex
clamasset cõuocãs seruos. intellexerunt syri
nõ esse achab. et cessauerũt ab eo. Un⁹ aũt di
rigẽs sagittã i incertũ percussit achab iter pul
monẽ et stomachũ. et fluebat sanguis in cy/
nũ. i. in interiora currus. z pcones reuoca
tus ẽ exercitu a bello Mortuꝰ est aũt achab
et delatꝰ ẽ in samariaz. et sepultꝰ ibi iuxta do/
mũ eburneã quã edificauerat. Et dum laua
rent mulierculę currũ z habenas in piscina
samarie. linxerũt canes sanguinẽ e⁹. iuxta ver
bũ helie. z reguit ochozias filiꝰ e⁹ p eo. Mo/
rto iosaphat redeũti occurrit hieu filiꝰ anani
arguẽs eũ q ipio pbuisset auxiliũ Iosaphat
vo regnauit in hierlm. Triginta qnqz ano/
rũ erat cũ regnare cepisset. et xxv. ãnis regna
uit. Cepit ãt regnare anno. iiij. achab regis
israel. Sed z Horatur questio de collatiõe. qs
oẽs post libꝝ regũ seperatim discutiemus
Et ambulauit iosaphat in viis asa pris sui.
Anno siquidẽ tertio regni sui pcepit pncipi/
bus et sacerdotib⁹ regni sui. vt pagrantes p
singulas ciuitates docerẽt pplm legẽ moysi.
Precio amonite. moabite. et arabes. irruerũt
in iudã circa engaddi. Et oratẽ iosaphat in
templo vt legit in paralipomenõ pforauit
eũ iaziel filiꝰ zacharie ppha dicẽs. Iuda et
hierusalem nolite ti/
mere. cras egredie/
mini z dñs erit vobi
scũ. Et egressus pcus
sit hostes et fugauit.
Cunqz diriperet israel
castra hostiũ tribus
diebus. dixit locum
illũ cõuallẽ bñdictõ
nis. z habuit decepsi
cor rectũ cũ dño Ex
et reliquias effemina/
tor abstulit de terra
verũtamẽ excelsa nõ
abstulit. z adhuc ser
uiebat edõ regi iuda in tributo. Fecit qz io
saphat classes in ophir pter aurũ q pfracte
sũt i asiongaber. Hãc pfractiõem pdixerat ei
eliezer ppha filiꝰ dodan futuraz. qz iosa/
phat fecerat fedus cum ochozia. Et mortuꝰ est io/
saphat. et sepultꝰ in ciuitate dauid. et regna/
uit pro eo ioram filiꝰ eius.

Nota qiudea qñqz
dr tota terra iudeor
vt ibi. ignoti iudea
dei. z notꝰ i iudea dꝰ
Quãdoqz iudea dr
tantũ tribus iude et
beniamin. ſm quod
dr q roboam regna/
uit sup iudã. ieroboa
am sup israel. Quãdo
qz sola trib⁹ iude iu/
dea dr. vt ibi. Judea
et hierusalẽ nolite ti.

Incidentia.

Subiosaphat nonus latinor rex fuit filius carpent⁹ decimus silui⁹ tyberi⁹. a quo fluuius dict⁹ ē tyberis. q̄ pus albula diceba tur. vndecim⁹ siluius a grippa

Sequuntur tituli capitulor in historiam Regum quarti.

De ochozia rege israbel cap.j.
De raptu helie. ca.ij.
De sale helisei. ca.iij.
De tribus reg bus qui obsederunt regem moab. ca.iiij.
De superabundantia olei. cap.v.
De suscitatione filij sunamitis. ca.vj.
De coloquintidis et superabundantia panum. ca.vij
De naaman. ca.viij
De securi et acrisia sirior. ca.ix
De secūda obsidione samarie. cap.x.
De fame septē annor et pegrinatiōe mulieris sunamitis. cap.xj.
De morte benadab. ca.xij
De ioram rege iuda. ca.xiij.
De hieu rege israbel. ca.xiiij.
De.lxx.filijs achab. z eor morte z de morte hieu. ca.xv.
De athalia et ioas. ca.xvj.
De gazophilatio. ca.xvij.
De obitu helisei. ca.xviij.
De amasia et ioas rege israbel. ca.xix.
De ieroboam rege israbel. et amos prophe ta. cap.xx.
De ozia. cap.xxj.
De zacharia et sellum et manaben. ca.xxij
De initio captiuitatis decem tribuum. Capitulum.xxiij.
De ionatban. ca.xxiiij.
De achaz. ca.xxv
De captiuitate decem tribuum. ca.xxvj.
De ezechia. ca.xxvij
De signis trium annorum que predixit ysaias. ca.xxviij.
De fuga sennacherib. ca.xxix
De regressu solis. cap.xxx.
De morte ezechie ca.xxxj
De manasse et obitu ysaie. ca.xxxij
De morte manasse. ca.xxxiij.
De amon et iosia. cap.xxxiiij.
De hieremia. ca.xxxv.
De inuentione deutronomij. cap.xxxvj.
De morte iosie. ca.xxxvij
De ioachim vel ioachas ca.xxxviij
De nabuchodonosor et morte ioachim. Capitulum.xxxix. cap.xl.
De sedechia. ca.xlj.
De laguncula testea. Capitulum.xlij.
De prima obsidione hierusalem. Capitulum.xliij.
De secunda obsidione hierusalem. Capitulum.xliiij.
De fuga sedechie capta vrbe ca.xliiij
De incendio templi et vrbis et godolia. Capitulum.xlv.
De morte sedechie. ca.xlvj.
Sedatio contrarietatum. ca.xlvij

De ochozia rege israbel. Capitulū primū historie regum quarti.

Oro ochozias filius achab regnare cepit in samaria anno.xvij.iosaphat et duob⁹ ānis regnauit. et ambulauit in vijs patris et matris sue. et prevaricatus est moab in israbel. id est recessit a tributo eius. Cecidit q̄z ochozias p cancellum cenaculi et egrotauit. et misit nuncios q̄ consulerent beelzebub deum accaron. de infirmitate sua. Josephus dicit misit ad deū z accaron muscam. z misit dom⁹ belyam ī occursum nunciorum Beelzebub de⁹ accaron d̄z musca. Qui ait eis. Nunq̄d non est de⁹ in israbel vt eatis ad deum accaron Quāobrem nō consurget ochozias. sed morie. Cunq̄z rediissent nuncij ad regē z dixerunt se rediisse p hmōi prohibitōne que siuit ab eis de habitu viri q̄ apparuerat eis. Qui dixerunt ei. Vir pilosus est. et zona pellicea accinct⁹. Qui ait. Helias est. et misit rex q̄n quagenariū cū suis q̄nquaginta armatis

vt vocarent helyam.vel inuitū traherēt. Et ait q̄nquagenarius helie sedēti in vertice mōtis Homo dei rex p̄cepit vt descendas. Qui respondit. Si homo dei sum descēdat ignis de celo.et deuoret te et tuos.et sic factus est. Misit q̄z rex aliū q̄nquagenariū cū suis.q̄ similia locut⁹ est.et similia passus. Destinauit q̄z tertiū q̄nquagenariuz.q̄ credit fuisse abdias.q̄ curuans genua cora helia ait. Obsecro vt miserearis aie mee et seruoz meoz tuoz. Et ait angel⁹ ad helyam. Descende cum eo ne timeas. Qui descendit ad regem et ait. Quia misisti ad beelzebub quasi non esset deus in israhel.morieris. Et mortu⁹ē ochozias.et regnauit ioram frater eius p̄o eo.anno secundo ioram filij iosaphat.et tūc equiuoci fuerunt rex iuda et rex israel ⁊ affines.

De raptu helie. Capitulum.II.

Factū est cū leuare vellet dñs heliā p turbinē in celum venerūt helias et heliseus in galgala. Et ait helias ad heliseū. Mane hic.quia me dñs in bethel. Qui rndit. Viuit dñs.et viuit aia tua.q̄ nō derelinquaz te. Sciebat ei in spū eum tollendū eē. Et occurrerūt eis filij ppharū q̄ erāt in bethel.et dixerūt ad heliseū secreto. Nosti q̄ hodie tollet dñs tuus a te. Qui rndit. Noui. Tilete. Et ait helyas. Mane hic. Qui noluit. Cunqz venisset i iericho idipm dixerūt heliseo filij ppbetaruz qui erant ibi qō et p̄dicti. Et voluit helias vt maneret ibi.sed noluit. Cūqz venirēt ad iordanez ambo.et.l. de filijs ppharū a longe specularent.inuoluit helias pallū suū et percussit aquas que diuise sunt.⁊ transierūt p siccū. Cunqz transissent.dixit helias ad eum. Postula quod vis.et faciā tibi anteq̄z tollar a te. Qui respondit. Obsecro vt fiat spūs tuus duplex in me. Qui respondit. Rem difficilē postulas.tamen si videris me quando tollar a te.erit.alioquin nō erit. Spiritum duplicez habuit helias.id est.ad duo.ad prophetiam et ad miracula. Et ad eadem duo fuit spūs in heliseo.et ita non petijt discipulus esse suo magistruz. Quidam tamē distinguūt ita.fiat spūs tuus duplex in me.i. duplicetur i me. Qō ita impletū fuisse traditur. Nam heliseus viuens suscitauit mortuū.sed et mortuus suscitauit mortuū.quod non helyas. Cunqz pergerent.ecce currus igneus ⁊ equi ignei diuiserūt vtrūqz.et ascendit helyas.et ferebatur per turbinem in celum. Legitur q̄ sabacha pater helie nondum nati.vidit i somnis viros candidatos se salutātes. Qō cum nunciasset in hierusalem.responsum ē ei. Quer hic iudicabit israel in gladioz igne. Heliseus autē videbat et clamabat. Pater mi pater mi.currus israhel et auriga eius.id est.sustentatoz populi et rectoz.et deiecit ei helias pallium suū. Tunc ille scidit vestimēta sua.vel pre doloze.vel abiciens vestē suā. vt deinceps vteretur veste helie. Et rediēs ad iordanem percussit aquas pallio helie ⁊ non sunt diuise.et ait. Vbi est deus helie etiaz nunc. Percussitqz iterū et diuise sunt.⁊ trāsijt. Quod videntes filij ppbetarū dixerunt. Requieuit spūs helie super heliseum. Et occurrentes adoraauerunt eum.et eo licet renitente miserūt.l.viros ad querendum heliā. si forte proiecisset eum dñs in aliquo montiū vel vallium. Cūqz quesissent p tres dies.eo nō inuento redierūt.

De sale heliseī. Capitulū.III.

Tunc dixerūt viri t iericho ad heliseum. Terra hopti/ma est.sed aqua fontis pessima terram facit sterilem. Qui assumens vas nouum terreuz misit in illud sal.et egressus ad fontem misit sal in illum. Et cum oraasset ait. Hec dicit dominus. Sanaui aquas has.⁊ non erit in eis moz vltra.neqz sterilitas. Forte morbosa erat bibentibus cum sterilitate. Et sanate sunt aque vsqz ad diem hanc Cūqz ascenderet in bethel.illudebant ei.xlij pueri dicentes. Ascende calue. Et maledixit eis in nomine dñi.id est.per nomen domini vel inuocato nomine domini. Egressiqz sūt duo vsi de saltu.et deuoraauerunt eos. Cunqz transisset per montez carmeli.rediit in samariā et habitabat in ea.

De trib⁹ regib⁹ qui obsederūt regē moab. Capitulum.IIII.

PPorro ioraz filius pacbab regnauit in samaria āno.xvij.iosaphat.et.xij.annis regnauit.tu litqz idola gētiū.q̄ pater suus introduxerat. verūtamen a cultu vitulox ieroboaz non recessit. Quē cū redargueret michaeas.occisus est ab eo p̄cipicio.vt dicit epiphani⁹ ep̄us salamie cypri. Et sepult⁹ est in moraschi sol⁹ iuxta sepulturā sen achim. Mort⁹ fuit post michaeas similiter moraschites sext⁹.xij.pp̄az Porro rex moab soluebat regi isr̄l' tributū agnos.c.milia.et tondez arietes cū vellerib⁹ suis.sed mortuo achab recessit a tributo. Quā obrē ioram rex isr̄l'ascendit cōtra eū in prelīū et babuit secū iosaphat regē iuda.sz z iosaphat duxit secū regē edom. Cūqz iuissēt p̄ desertū idumee.vij.dieb⁹ nō erat eis aqua Et ait iosaphat. Est ne h̄ ppha dñi. Et rn̄dit quidā. Est h̄ helise⁹.q̄ fundebat aquā super man⁹ helie. Et steterūt tres reges añ heliseū. Qui dixit ad regē isr̄l'. Quid mihi et tibi est. id est.tu cū sis idolatra.q̄re venis ad pp̄has dñi. Uerūtamē ppter iosaphat respiciāte.z ait. Adducite mihi psaltem.id est. psallentez Cunqz caneret psaltes.per armoniaz excitatus ē spūs ei⁹.et fact⁹ est spūs dñi sup eum.z ait. Facite in alueo torrentis hui⁹ exsiccato fossas et foueas.vt abundantiā supuenientis aque retinere possint. Habit enī dñs vobis aquam sine vento.et pluuiā in abundantia. Insup tradet dñs moab i man⁹ vrās.vbes electas p̄cutietis.ligna fructifera succidetis fontes obturabitis.agros egregios operietis lapidib⁹. Factū est mane i hora sacrificij. irrucrūt aque p alueū torrentis. Pluerat ei vehementer trib⁹ dieb⁹ vt ait iosep h⁹ in supmis partibus idumee. Porro moabite stabant in terminis terre sue.vt prohiberēt hostes ab ingressu. Qui cum mane vidissent ex aduerso aquas turbidas torrentis sole re percussas.suspicati sunt infectas sanguine. z dixerunt. Surgamus ad predam mutuo cesi sunt hostes. Et dum irruerent precipites percussit eos israbel.et fugerunt et depopulatus est israbel moab. et fecit illa quattuor que predixerat heliseus. Et circumdederunt ciuitatem vbi erat sedes regni.que a fundamentis ex magna parte percussa est. Et desperans rex moab.tulit secum septingentos electos.vt irrumperet per partem exercitus vbi erat rex edom et aufugeret. Sz hostes repulerunt eum in vrbem.et necessitate compulsus.filium qui regnaturus erat pro eo.coram hostibus supra murum obtulit holocaustum.vt deus eum liberaret. Reges autem videntes hoc factum necessitatis ex humana compassione recesserunt ab eo.Et rediit iosaphat in hierusalem. et occurrens ei hieu prophet a.filius anani. culpabat eum q̄ homini idolatre solacia prebuisset.

De superabundantia olei. Capitulum.V.

FFactum est aūt q̄ quedam mulier de vxoribus prophetarum vxor scilicz abdie adhe liseum clamabat dicens. Uir meus mortuus est.z oppressus erat ere alieno propter almoniam prophetarum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Et respondit heliseus. Quid habes in domo tua. Et illa. Non habeo nisi parum olei quo vngar. Qui ait. Pete mutuo vasa vacua non pauca.et clauso ostio cum filijs tuis mitte inde in omnia vasa. Cumqz infunderet mulier.crescebat oleum.z impletis vasis stetit.id est.crescere cessauit. Quod cum accepisset heliseus.ait ad eam. Uade vende et redde creditori. Tu autem et filij tui vivite de reliquo.

De suscitatōe filij sunamitis. Capitulū.VI.

FFactuz est ut transiret heliseus per sunam ciuitatem.z erat ibi mulier magna non tam corpore q̄z sapientia.que intelligens virum dei esse tenuit eum vt comederet panē. Cunqz frequenter diuerteret ad eā heliseus

suasit mulier viro suo.vt faceret ei cenaculū paruū.et poneret in eo lectulū et mensā ⁊ sellam et candelabrū. Et rediēs beliseꝰ requieuit ibi.et ait ad giezi. Voca sunamitē banc ⁊ loquere ad eā. Quid vis vt faciat dñs meus tibi. Loquer̄ p te regi vel ꝓncipi militie Que rñdit. In medio populi mei habito.q̄si diceret. Vallata sum ꝓpinquis.et nullꝰ inquietat me. Cūq; quereret beliseꝰ quid vellz dixit giezi ad eū. Filiū nō habet.et vir eiꝰ senex est Tunc ait beliseus ad eam.in tempore isto ⁊ in hac eadem hora si vita comes fuerit.babebis in vtero filiū. Hebreꝰ sic habet. In tpe isto.cuz tps vite subaudi adhuc erit tibi.babebis.ꝛc. Que respondit. Noli vir dei mētiri ancille tue. Concepit tñ mulier.et peperit iuxta verbū beliseī. Cūq; creuisset puer.egressus est ad pr̄em ad messores et egrotauit. Cunq; clamasset bis caput meū doleo.remisit eum pater ad matrem suā.et mortuus ē. Et collocauit eum mater super lectum viri dei.et clausit ostiū.et vocans virū suum ait Curram ad virum dei et reuertar. Qui respondit. Hodie nō sunt kalende nec sabbatum.cur ibis. Istis enī diebus ꝓphete et doctores solebant frequentari.et audiri. Et tollens mulier vnū de pueris secū.sedens in asino venit ad virum dei in montem carmeli. Qui cum vidisset eam ait ad giezi. Ecce sunamitis illa. Occurre et dic ei. Recte ne agitur circa te et virū tuū et filium. Que rñdit. Recte. Et nota q̄ semp beliseus hospitā suā vocabat sunamitē Non enī tantam habuit familiaritatem cū ea.vt ꝓprium nomen eiꝰ sciret.et ꝓiecit se mulier et apprehendit pedes beliseī. Et ait beliseꝰ giezi volēti eā amouere. Dimitte illā. Anīa enī eiꝰ in amaritudine ē.et dñs celauit a me. Et ait mulier. Nunq̄d petiui filiū a te.q.d. Videbi nō petēti dedisti filiū in perniciē meā. Nūq̄d non dixi tibi.ne illudas me. Illusionē vocat dari filiū a dño. et tam cito auferri. Et ait ille ad giezi. Tolle baculū meū et vade et ne facias morā vl̄ aliquem salutando vel respondendo salutāti. et pones baculum meū sup faciez pueri. Cūq; abiisset.ait mulier ad beliseū. Viuit dñs. non dimittā te. Et secutꝰ est eam. Et reuersꝰ est giezi in occursū eiꝰ dicēs Non surrexit puer. Et ingressus beliseus incubuit sup puerū et contrahens se coaptauit mēbra sua membris eius. Et cum oraſſet calefacta est caro pueri. et oscitauit puer.et aperuit oculos. Quem cum reddidisset matri viuentem.reuersus est in galgala. Hunc locum sepe frequentabat beliseus.tum p̄o religione loci. tum quia ibi natus est.et in ortu eiꝰ tale ibi contigit ꝓdigium. vt imago vna ex vitulis aureis mugiret acute. Quo audito in hierusalem sacerdos diuino nutu ait. Ꝓ̄o pbeta natus est in israhel qui sculptilia eoꝝ destruet et fusilia.

De coloquintidis et superabūdātia panum. Capitulū. VII.

Porro fames erat in terra.⁊ filij ꝓphetarū q̄uenerāt ad beliseū. Qui dixit vni ꝑ pueris Coque pulmentuz filijs ꝓphetarum. Qui egressus vt colligeret herbas agrestes.inuenit q̄si vitem silueſtrē ⁊ collegit ex ea coloquintidas.nesciens q̄d esset.⁊ ꝓcidit in ollam pulmenti. Hec sunt agrestes cucurbite amarissime.minores his q̄ in ortis nascūt. Vel vt q̄dā dicūt.herba ē q̄ vitis se diffundēs i sepibus. fructu modico purpureo et rotundo cū maturus ē. Cūq; gustassent recūbētes ꝑ coctionē hac clamauerūt. Mors in olla vir dei.id est.amaritudo q̄ in morte.vel mortifera. Et allatā farinā misit in ollā.⁊ dulcorata ē esca. Vir aūt quidam detulit viro dei panes primitiarū.et.xx. panes ordeaceos.⁊ frumentū nouū in pera.id est.grana confricata. Non est intelligendū de panibus ꝓmutiarū que offerebantur in pentecoste neq; de polenta q̄ offert in pasca.sz q; fames erat i terra.festinanter de tritico adhuc recente fecerat iste panes.quos fecit beliseus apponi populo. Quidā dicūt.c.viris q; minister dixit. quātū est ℔ vt apponā.c.viris. Sed intelligendū vt apponā etiā.c.viris nedū ꝓphō. Vel forte duos tantū panes primitiarū apposuit.c.viris dicens. Hec dicit dominꝰ. Comedent et supererit. Et factuz est ita miraculose iuxta verbum domini.

De naaman. Cap. VIII.

Naaman aūt prin/
ceps erat militie regis sirie. vir diues
et assiduus sed leprosus. Et latrun/
culi de syria captiuā duxerant puellā de isrl'.
que erat in obsequio uxoris naaman. Que
ait ad dñam suaz. Utinā fuisset dñs meus ad
ppbetam samarie q̄ curaret eum. Tulit na/
aman argentū et aurū multū. et .x. mutato/
ria vestiū. i. decem paria. vel nouas vestes q̄
sic vocant p mutatione vestium veterū. Tu
litqz secū lr̄as regis sirie ad regē isrl'. in q̄b ver/
ba. Scito q̄ miserim ad te naaman vt cures
eū a lepra. Ex audiens rex israel blasphemi/
am. scidit vestimenta sua et ait. Nūq̄d ego
de⁹ sum vt curem hominē leprosum. Occa/
siones querit aduersum me. Et misit ad eū
heliseus dicens. Cur scidisti vestimenta tua
Veniat ad me. et sciat' ppbetā esse in israbel
Stetit itaqz naaman z equitat⁹ eius ad bo
stiū heliset. Qui misit ad eum dicens. Laua
re septies in iordane et mundaberis. Cunqz
abiret naaman indignās q̄ nō tetigisset euz
inuocans nomē dñi. dixerūt ei serui sui. Si
rem grandem dixisset tibi ppbeta facere de/
bueras. quanto magis q̄d modicū ē. Descē
dit ergo et lauit se in iordane septies. et mun
datus est. Et rediēs stetit corā heliseo et ait.
Scio q̄ nō sit deus alī⁹ in vniuersa terra. ni/
si in israbel. Et obtulit ei benedictōez. Cunqz
renuenti vim faceret. ait heliseꝰ. Viuit dñs.
q̄ non accipiā. Et ait naaman. Obsecro vt
tollam onus duoꝝ burdonuz de terra hac.
Est ā burdo ex equo et asina. Scōm quos
dam tulit terrā. vt sterneret eam in templis
idoloꝝ. vt stans sup eam adorāret deū terre
israbel. ne offenderet dñm suuz si pariter nō
adorāret. Sed verius videtur q̄ fecerit alta
re dño ex ea ad īmolandum. Unde z subdit
Non faciet seruus tuus vltra holocaustum ac
victimaz diis alienis nisi dño. Unū ē quod
mutare nō possū. cū innititur rex sup manū
meā. et adorat in templo rēmon oportet me
simul adorare. Ora dñm vt nō imputet mi
hi hoc. Et abiit naaman electo terre tpe. id ē.
cum elegisset terrā ad portandū. Hebre⁹ sic
habet. Abiit ab eo aliquā to terre spacio. Ea
dem ambiguitas in genesi legit̄. Eratqz ver
nū temp⁹. Et ingrediebat effrata. Hebreus
habet. Adhuc spaciū ire erat. z ingrediebat
effrata. Et sic latin⁹ interpres posuit electuz
temp⁹ vel vernū p spacio Cucurrit aūt giezi
post naaman vt aliq̄d acciperet ab eo et ait.
Dñs meus misit me ad te dicēs. Uenerunt
ad me duo adolescentes ex filijs pphārū. da
eis talentū argenti et vestes duplices. Ait ille
dedit ei duo talēta et vestes. et tradidit ei pu
eros q̄ deferrent ea. et abscōdit ea in domo.
Cunqz vespere staret corā heliseo ait. Unde
venis giezi. Qui rñdit. Non iuit seruus tu/
us quoquā. At ille. Nonne cor meū tecum
erat. cū reuersus fuerat hō in occursum tuū
Accepisti argentū vt emas possessiones. Iz
lepra naaman adherebit tibi et semini tuo i
sempiternum. Et egressus est ab eo lepros⁹.
Non legitur ad literam giezi filium habuis
se leprosum. nec posterum. Certum est autē
de giezitis q̄ lepra simonie resperli sunt.

De securi et acrisia siroꝝ. Capitulum. IX.

Factū est aūt cum
esset heliseus cum filijs ppbetaruz
incidentib⁹ ligna ad iordanem ce/
cidit ferrū securis vni⁹ in aquā. Cūqz ciulas
ret ille. misit heliseꝰ lignū in aquā vbi ceciderat ferrū. z natauit ferrū z tulit illud. Dorro
rex sirie pugnabat cōtra israbel. z sepe pone
bat huos suos in insidijs. q̄s cauebat rex isrl'
heliseo sibi manifestāte abscōdita siroꝝ. Et cō
turbat⁹ rex sirie ait huis suis. Quis vestruz
pditor ē mei apud regē israel. Et ait vn⁹ He
qua q̄z. Iz heliseꝰ indicat regi isrl' quecūqz lo/
queris in cōclaui. Qui ait. Mittā et capiaz
eum. Cūqz accepisset eū ee in dothaim. misit
illuc robur exercit⁹. Qui venientes illuc in
nocte circūdederūt ciuitatē. Mane puer he
liseī vidit exercitū. territusqz clamauit. Heu
dñe q̄d faciem⁹ Qui rñdit. Noli timere. plu
res sunt nobiscū. Et orante heliseo aperuit
dñs oculos pueri. z vidit montem plenum
curribus igneis. id est. agminib⁹ angelorū.

Cūqz intrarēt hostes ad eū. orante heliseo p cussit eos dñs cecitate. nō oi quidē. sz acrisia ne eū agnoscerent. Et dixit ad eos heliseus Non est hec via. nec est ista ciuitas. i. non est hic māsio heliseī.

Acrisia est amentia visus. s. qñ querim⁹ qđ in manu tenem⁹.

Sequimini me et ostendā vobis virū quez queritis. et duxit eos in samariā. Et orante heliseo aperuit dñs oculos eoz. z viderūt se esse in medio samarie. z hostes circūstantes Et dixit rex israbel ad heliseum. Percutiaz eos pater mi. Qui rñdit. Nequaq̄z. dñs enī adduxit eos. sed p̄be eis hospitalitatē affluē ter. Quo facto redierunt siri ad propria. nec vltra in diebus heliseī venerunt latrones si rie in israbel.

¶ De secunda obsidione samarie Capitulum. X.

Factum est p⁹ hec benadab rex obsidebat samariaz. et facta est fames in samaria. ita vt venderet caput asini. lxxx. argenteis numis matis. et quarta pars cabi stercoris colum barū. v. argenteis. Hac vt ait ioseph⁹ cōdie bant cibos pro sale. Tradūt quidā nomine stercoris dici vesiculā columbe. in qua repe riebant grana deforis allata. Cūqz trāsiret rex israbel p murū. et cōsideraret custodias muri. clamauit mulier ad eū. Salua me do mine rex. Qui suspicat⁹ q̄ quereret aliquid ab eo. cōmotus respōdit. Non saluat te dñs Unde te saluare possū. De area an de tor cular. Que rñdit. Nequaq̄z dñe. sed ego et mulier ista cōdixeram⁹ de filijs nostris co medendis. et comedim⁹ filiū meū. becautez abscondit filiū suū. Et p̄tristat⁹ est rex vehe menter. et scidit vestimenta sua. z apparuit ci liciū q̄ vestit⁹ erat ad carnē Et ait. Quid am plius mali possumus expectare a domino. Hec faciat mihi deus. et hec addat. si steterit caput heliseī sup ipm hodie. Hoc enī malu imputabat heliseo. q̄ cōciues nō liberabat cum posset. Cūqz misisset spiculatorez. peni tentia duct⁹ sequebatur eū vt p̄hiberet. He liseus aūt sedebat in domo sua z senes cum eo. quos ioseph⁹ discipulos ei⁹ dicit. Et ait heliseus. Nescitis q̄z filius homicide. qui. s. occi dit naboth misit vt p̄scidatur caput meuz Prohibete intrare nuncium donec veniat rex. qui p̄hibebit ei quod iusserat. Cunqz superueniisset rex. aut heliseus. Cras hac ho ra erit in porta samarie modius simile. p sta tere vno. et duo modij ordei similiter. Et irri sit eum vnus eoz super quoz manus rex incumbebat dicēs hoc esse impossibile. Cui heliseus. Videbis et non comedes. Porro quattuor leprosi erant ad introitū portę fa me deficientes. Qui vespere venerūt ad ca stra sirie z neminē ibi repererūt. Terruerat ei dñs siros. et sonit⁹ exercit⁹ magni mittēs sup eos. fugerūtqz aīas suas tantuz saluare cupientes. et intrātes leprosi comederūt. et tollētes de preda iuxta coz suū nūciauerunt portarijs vbis siros abisse. Suspicatus au tē rex israel siros simulasse fugaz z latere. misit duos ī equis q̄ explorarēt oia vsqz ad iorda nē. Qui cū reuersi nunciassent siros fugisse. egress⁹ plus diripuit castra. z vēdebat simi la et ordeū iuxta verbū heliseī. Dux āt q̄ irri serat eū a rege p̄stitut⁹ ad portaz oppressus ē a turba. z mortu⁹ est.

¶ De fame septē ānoz et peregrina tione mulieris sunamitis. Ca. XI

Post hec aūt heliseus locutus est ad mulierem. cuius filium suscitauerat. Vade cum do mo tua peregrinari vbicūqz poteris. Vocabit enī dñs famem sup terrā. vij. annis. id est anglim p̄positū fami. q. d. fames veniet. vt est locutio. De hac fame ambiguū est vtrū p̄cesserit p̄dictā obsidionē vel secuta sit. Igit mulier intrauit terrā philistijm. z tribules occupauerūt bona ei⁹. Que finita fame. re gressa est. z intrauit vt interpellaret regem p domo sua et agris. Et tunc rex loquebatur cum giezi. querens ab eo magnalia heliseī. Qui vidēs mulierē ait. Hic ē mulier. z hic ē filius ei⁹ quem suscitauit heliseus. Que cuz narrasset regi seriem facti. restituit ei rex quecunqz amiserat a die qua reliquerat ter ram.

De morte benadab
Capitulum.XII.

PRo benadab rex sirie audiens q̄ deꝰ amouerat eum ab obsidione et non homo. contristatꝰ egrotabat. Heliseus aūt veiebat damascū. et misit rex in occursum eiꝰ azabel cum muneribꝰ. vt cōsuleret eum de infirmitate sua. Cui querenti respondit heliseꝰ. Vade et sanaberis. Nec dixit sanabitur. q̄ mortuus est rex. Sz vt diceret ei sanaberis. postea traxit azabel ī partē dicēs. Ostēdit mihi dominus q̄ moriet. et tu eris rex sirie. Cūcimpletum est quod dixerat dñs helie. Aliter eī nō nunxit helias azabel. nisi q̄ p heliseum p̄dixit eum futurū regem. Et fleuit heliseus videns in spū mala que facturꝰ erat azabel filijs israel. que etiā indicauit illi. Et reuersus azabel ad regem dixit. sanaberis. Altera die tulit stragulum. et infudit aquā. ⁊ expandit sup faciem eiꝰ. Stragulū ꝓprie est stratorū quod lecto vel sedili supsternitur. Et dicitur q̄ azabel pannū pfusum aqua imposuit super eū ad refrigerandū. Hebreus habet. Expandit sup faciem suā stragulū. vt non azabel sed ipse benadab hoc fecisse intelligatur. et tūc mortuꝰ est rex ⁊ regnauit azabel pro eo Quidā tn̄ hoc exponūt de obsequio mortui dicentes q̄ azabel mortuū lauit aqua. et expandit stragulū sup faciē mortui. Josephꝰ plane dicit q̄ azabel altera die infuso laqueo strangulauit illū. Ad hunc sensum quidaz p̄dictam lrām referūt dicentes. q̄ azabel vestem madefactam posuit sup faciem eius. simulās refrigeratiōez. Sz statim effudit aquā sup os eiꝰ donec suffocaret eū.

De iozam rege iuda. Ca.XIII.

PRo anno quīto ioram filij achab regis israbel in q̄ cōregnauerat ei iosaphat rex iuda regnauit ioram filius iosaphat in hierusalē viij. annis. Qui ad consiliū vxoris fecit malum cora dño secutꝰ deos alienos. Tamen dñs nō disperdidit iudam ꝓpter dauid serui suū. Tunc recessit edom ne esset sub iuda Nam et regez suū tributariū occiderūt ydumei. nouuz creantes q̄ nō teneretur tributa reddere. Cūqz iozaz sex fratres suos occidisset. cōpelleretqz ierosolimitas etiā ydolatre. tulit ad eum helias quidā ꝓpheta epīam correctoriā cū cōminatione pene. Impleta est autē cōminatio in hunc modū. Arabes irruentes in iudā vastauerūt pulcriam et domos regias. et vxorem regis abduxerūt. filiosqz occiderūt p̄ter ochoziam. et ipse tandem cronicā incidit egritudinē. interna corruptione viscera effundens. vt quotidie q̄si pendentem videret et mortuus est. ⁊ sepulꝰ est in ciuitate dauid. Non tamen vt ait iosephus in sepulcro patrū suoz. sed ꝓuatuz tumulum sine regalibꝰ exequijs tradiderūt ei. Et regnauit ochozias. vel azarias filius eiꝰ pro eo. Hunc regem et reliquos vsqz ad ozi am ptermittit matthe. Regnauit aūt ānorum xij. ioram filij achab. Viginti duoz annoruz erat ochozias cuz regnare cepisset. et vno anno regnauit in hierusalem. et ambulauit in vijs achab aui sui. Abijtqz cum ioram filio achab auunculo suo. ad ꝓliandū cōtra azabel regem sirie in ramoth galaad. ⁊ vulneratus est ioram. et relicto exercitu in obsidione sub hieu ꝓncipe descēdit in iezrahel vt curaretur. et descendit cum eo azarias.

De hieu rege israhel.
Capitulū.XIIII.

HEliseus aūt misit vnū de filijs ꝓphetarū cū lēticula oleiad exercitū in ramoth galaad. vt ibi hieu euocatū in partē vngeret in regē sup israhel. Qui cum inuenisset hieu sedētes cum ꝓncipibus ait. Verbum mihi ad te est o ꝓnceps. et ait hieu. Ad quem. Qui rñdit. Ad te o ꝓnceps. Forte non cognoscēs hieu. hoc quasi p̄sagiuz in mente sua posuerat. ipm esse hieu. q̄ ꝑmus respondisset. Cūqz introduxisset eum in cubiculum. fudit oleuz sup caput eius et ait. Hec dicit dñs. Vnxi te i regem sup israhel. et pcuties omnez domum achab in vltione sanguinis seruoz meoruz de manu iezabel. Quo facto citissime aufugit ꝓpheta. Cunqz regressus esset hieu ad

seruos dñi sui dixerũt. Quid venit insanus iste ad te. Quasi insanos enĩ reputabãt filios ppheyz. vel qz fugerat citissime q̃i insanus Et ait hieu. Recte iudicastis. Nam vba vesana locutus est dicens. Hec dicit dñs. Unxite in regẽ sup israhel. Festinauerũt itaqz tollere vestes suas et substernere ei i similitudinem tribunalis. et canẽtes tuba dixerũt. Regnabit hieu. Cõiurauit ergo hieu ꝓtra ioram et ait. Nullus nũciet hoc in iezrahel. sed omẽs ascendam⁹ simul Cũqz ascenderent. speculator in iezrahel ait. Video globũ venientem Et suspicatus ioram vel captã esse vbẽ. vel pacem factã. misit nũcium in occursum eoz Qui ait. Hec dicit rex. Pacata sũt omia Et ait hieu. Quid tibi et paci. q̃si. d. Quid ad te. Sequere me. Uel forte huic hieu q̃ ipi regi respondit. q. d. Quid queris de pace. q̃ terrã et pacem turbas. Et adhesit nuncius ei. Dixit et ioram secũdum nũcium. q̃ similiter non ẽ reuersus ad eũ. Et ascendens ioram rex israhel. et rex iuda cum eo. egressi sunt in occursũ hieu vsqz in agrum naboth iezrahelite Et ait ioram Est ne pax hieu. Qui respõdit Que pax. q̃diu huc vigent fornicatões matris tue. q. d. Que pax poterit esse inter nos. cum iugiter offendam⁹ deũ p ydolatriã matris tue. Et fugiẽs ioram. ait ad nepotem suum. Insidie sũt hic ochozia. Tunc percussit hieu ioram inter scapulas. et egressa est sagitta p cor eius. et corruit mortuus. Et ait hieu ad ducem tertie ptis militum. Proijce eum in agrum naboth. Memento quomã ego et tu sequebamur achab patrem hui⁹. qñ cõminatus est ei dñs p belyam. q redderet ei in agro naboth p sãguine naboth et pro sanguine filioz ei⁹. Tamẽ supra de filijs naboth nulla facta est mentio sed qõ ibi tacitũ ẽ. hic suppletur. Forte canes linxerunt sanguinẽ ioram iuxta verbũ helie Linxerũt enĩ sanguinẽ achab cum linxerunt sanguinẽ filij ei⁹. Ochoziam vo fugientez insecut⁹ est hieu. et vulnerauit eũ in ascensu gaber. Qui vulnerat⁹ fugit in magedo. et mortuus est ibi. et tulerũt eum in hierusalez. et sepultus est in ciuitate dauid. Post hec intrauit hieu in iezrahel. Porro iezabel erat ĩ arce turris et depinxit oculos suos stibio. et ornauit caput suum vt pulchrior venientib⁹ appareret. et p fenestram ait ad hieu. Nũquid pax esse potest zamri. q̃ interfecit dñm suum q. d. Tu occidisti dñm tuũ sicut zamri. et eadem pena puniendus es. Tunc dixit hieu duobus eunuchis. q̃ circũstabant eam. Proicipitate eam. et ꝓcipitauerunt eam de turre et conculcauerũt eam vngule equoz. Cũqz hieu sederet ad mensam. ait seruis suis. Ite et sepelite maledictam illam. quia filia regis est. Cunqz venissent ad eam. non inuenerũt nisi caluariam. ad est supremã cellulam cerebri. et pedes et summitates manuum. Quo audito ait hieu. Sermo dñi est quẽ locutus est p helyam

De. lxx. filijs achab et eoꝝ morte et de morte hieu. Ca. XV.

Quant aũt achab de. lxx. filij in samaria. Et scripsit hieu ad nutricios eoz. et ad optimates ciuitatis dicens. Eligite quẽ vultis de filijs achab. et constituite regem sup vos. et pugnate pro domo dñi vestri. Qui pterriti rescripserũt ei. Serui tui sumus. fac quod tibi placet Et scripsit eis secundo. Si mei estis. tollite capita filioz dñi vestri. et venite ad me cras in iezrahel. et sic factum est. Et attulerũt capita in cophinis ad hieu. Qui mandauit ne introducerent ad eum. sed iuxta introitũ porte ponerent ad duos aceruos vsqz mane. Cumqz mane intueretur capita. dixit hieu ad populum. Justi estis. q. d. Comparatione istorum q̃. lxx. occiderũt iusti estis. qui nõ nisi ioram et iezabel mecũ occidistis. Uel potius samaritas q̃ eos occiderant cõmendauit. q. diceret. Juste fecistis implendo verbum domini. qõ videtur velle ihrã sequens. Addidit enim. Si ego interfeci dominũ meũ. q̃s percussit eum et istos. Dominus fecit qõ locutus est in manu helie. Tũc percussit hieu omnes reliqs de domo achab in iezrahel. et optimates ei⁹ et notos et sacerdotes. et ibat in samariam. In via vero obuiauit. xl. duob⁹ fribus ochozie regis iuda. q̃ descendebant ad salutandos ioram et ochoziaz nescientes q occisi essent. et occidit eos hieu. Tunc egress⁹ est in

occursum hieu ionadab filij rechab.et benedixit ei pro ultione dñi quam fecerat. Quez impositum curru suo duxit hieu in samariam.et percussit oēs q̄ reliqui fuerant de achab vsq; ad vnū. Congregauit ergo hieu ꝓplum samarie.et ait in dolo. Ampliare volo cultū baal.vocate oēs pphas eius et sacerdotes. Quicūq; defuerit non viuet. Sacrificiū enī grande est mihi baal.et venerūt omēs serui baal.nec vn⁹ defuit.et repleta est dom⁹ baal Et ait hieu his q̄ erant sup vestes. Date vestes omnib⁹ seruis baal. Et dederunt. Cūq; p̄scrutatus esset hieu diligenter.ne q̄s deesset vel alius interesset.dixit militib⁹ suis. Ingredimini et percutite eos.null⁹ euadat. Et percusserūt eos.statuamq; baal cōminuerūt.et destruxerunt templū ei⁹.et fecerūt p̄o eo latrinas.id est.subterraneos cuniculos ad mundandas vias vbis. Et deleuit hieu baal de israbel. Verūtamen a vijs ieroboam nō recessit.et ait ei dñs. Quia fecisti que in cordе meo erant contra domū achab.filij tui vsq; ad quartam generatōem sedebunt sup thronum israbel. Et mortu⁹ est hieu et sepultus in samaria cum regnasset viginti octo ānis et regnauit p̄o eo filius ei⁹ ioaz vel ioabaz vel ioachaz.

De athalia et ioas. Capitulum.XVI.

Porro athalia ui/dens filiū suū mortuū et volēs regnare.interfecit omne semē regiū in hierusalem Erat aūt iosaba sorор ochozie ex patre.et vxor ioiade summi sacerdotis. q̄ furata est ioas filiū ochozie lactentem ne interficeretur.et abscondit eū septem annis i domo dñi.id est.in domū culis ebdomadarioꝝ. Anno aūt septimo ioiada collegit centuriones et p̄ncipes leuitarum et milites.et ostendit eis secreto filium regis.et cōiurauerūt omnes p puero p̄tra athaliam.et q̄ puerum in sabbato p̄stituerūt regē. Et fecerunt in hunc modum. Viginti quattuor erāt summi sacerdotes.quoꝝ vn⁹ in ebdomada vicissue habebat secū in ministeriū. xxiiij. minores sacerdotes.et totidē cantores.et totidē ianitores. Huiusmodi vō sabbati p̄tifex q̄ ministrauerat.cuius turma sua egrediebat ad p̄pria.pontifex vō q̄ ministratur⁹ erat ingrediebatur cū turma sua. Tunc aūt ioiada p̄ampliando exercitu retinuit egressuros.et recepit ingressuros.faciens ex eis duas turmas Adiunxit q̄; tertiā turmā de centurionibus et leuitis quos cōuocauerat.et intrans domū saltus et domū armoꝝ quam quōdā fecerat dauid.dedit singulis arma et p̄cepit egressuris.vt circūstarent regem in atrio interiori et custodirent. Ingressuris vō dixit. vt ascenderent ad domū regiā ne fui regine egredientes ex ea vnctionē regis impedirēt Sed hanc turmam diuisit in tres partes.p̄cipiens . vt vna obseruaret excubias regis. id est.porticus domus regie. Alia pars obseruaret portam seyr.p quam ascendebatur de ciuitate in domum regiam. Tertia pars obseruaret domū messa.que vr porta scutarioꝝ.i.custodū regis.p quaz de domo regia ascendebatur in templū. Tertiam vō partē quam collegerat de centurionib⁹ et leuitis posuit ad custodiam atrioꝝ templi ex omi parte. Tunc ipe cum reliquis sacerdotibus et leuitis et senioribus p̄oduxit filiū regis.et vnxit eum in regez.et imposuit sup eum diadema.et testimoniū.i.legē dei dedit ei tenendam in manibus.vt cum ipo habitu regni disciplina legis dei seruanda cōmitteretur Athalia vero accurrens.scidit vestimenta sua clamās. Coniuratio ꝓuratio. Et eduxerunt eam centuriones extra septa templi p portam equoꝝ.et interfecta est ibi. Eduxerunt q; regem p portam scutarioꝝ in palacium.et sedit super thronū regiū. Et letatus est populus terre. q̄ abstulerat dñs ol̄ p̄o bruz.ne regnaret mulier super eos.et destruxerūt templum baal.aras q; et imagines q̄s fecerat ioiam et athalia. Mathan q̄; sacerdotem baal occiderunt coraz altari. Septez annoꝝ erat ioas cum regnare cepisset.anno septimo hieu regis israbel.et quadraginta annis regnauit in hierusalem.et fecit rectus coram domino cunctis diebus ioiade sacerdotis.

De gazophilatio. Ca.XVII.

Erāt aūt ī domo dñi ruine.nō solū p̄o vetustate et negligentia.sed etiaz quas fecerat athalia.et de sanctificatis parauerat domū baal. Precepit itaqz ioas sacerdotib⁹.vt instaurarent sartatecta domus recipiētes oblationes p̄tereuntiū.et q̄ offerebant̄ p̄o pretio aīe.i.q̄ dabant ituri ad p̄eliū numerati. Oblatio enī p̄o delicto et p̄o peccato sacerdotū erat.q̄ cum suscepissent sacerdotes vsqz ad.xxviij.annū regis ioas.non tñ instauraverūt sartatecta templi. Et irat⁹ rex p̄obuit sacerdotes vltra accipere pecuniā. Iosephus tñ dicit q̄ p omnē regionez sumerēt sacerdotes p̄o capite dimidiū sicli. Quod videns ioiada populo nō placere cessauit.z ob hoc nō fuerūt instaurate ruine. Tunc ioiada fecit gazophilatiū munitū aperto desuper foramine.et posuit illud ad dexteram ingredientiū domū non longe ab altari. Cūqz ap̄pareret plurima pecunia in gazophilatio scriba regis et pontifex effundebant eam.et dabant bis q̄ p̄erant cementarijs dom⁹ dñi. Et non fiebat cuz eis ratio.sed in fide tractabant. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliquod in domo dñi nisi de eo qđ erat residuū sartatectis.vt legitur in paralipomenon. Et mortuus est ioiada sacerdos q̄ solus legit̄ post moysen.c.xxx.annis vixisse.et sepult⁹ ē in ciuitate dauid.eo q̄ generi dauid reparauit ip̄erū. Eo mortuo ioas a legittimis dei declinauit.cui⁹ exemplo etiā optimates viciati sūt. Quē cū argueret zacharias filius ioiade. fecit eū lapidibus sub templuz et altare. Ex tūc vt dicit epiphanius nō accepit plus in tēplo respōsū manifeste sic p̄uf.nec ex dabir nec ex ephod. Rex aut̄ nō mlto post penas exsoluit. Iezabel enim rex syrie cū expugnasset geth.ascēdit ī hierusalez. Ioas vo misit ei thesauros domus dñi et dom⁹ regie nō de absconditis tumuloz.et recessit ab eo. Cūqz increpuisset ioas languorē pessimum eo q̄ diuinos honores sibi volebat impendi.vt dicūt hebrei.duo serui eius p̄cusserūt eum et mortu⁹ est.et sepult⁹ in ciuitate dauid.non tñ in monumentis regalibus.et regnauit p̄o eo filius eius amasias.

Incidentia

Sub ioas duodecimus rex latinoz silui us aremulus.q̄ p̄sidium albanoz inter mōtes vbi nunc roma est posuit. Huius filius fuit iulius proauus iulij proculi.q̄ cum romulo romam cōmigrans fundauit iuliam gentem.

De obitu helizei. Capitulū.XVIII.

Anno uicesimo tertio ioas regis iude regnauit ioachaz filius hieu sup israbel.xvij.annis.et ambulauit in vijs ieroboā. Et iratus dominus p̄tra israbel dedit eos in manus hazabel et in manus benadab filij eius.et nō sūt derelicti ioachaz de populo.nisi.l.equites.z decē currus.et decē milia peditū. Et clamauit ioachaz ad dñm.et misertus dñs dedit ei pacē in diebus ei⁹. Et mortuus est et sepultus in samaria. Et regnauit ioas filius ei⁹ p̄o eo. anno tricesimoseptimo.ioas regis iuda.et xvj.annis regnauit sup israbel Et ambulauit in vijs ieroboā nō tñ a deo quantuz patres ei⁹. Helizeus aūt egrotabat.et descendit ad eum ioas rex israbel.et flens dicebat. Pater mi curr⁹ israbel et auriga eius. Et ait helizeus. Affer arcum et sagittas.et pone manuz tuam super

Ex tūc eque vocabātur eo dez noīe rex iuda et rex israbel.

arcum. Quo facto. superposuit helisē manus suas maiō regis et ait. Aperi fenestrā orientalem. et iace sagittā. et iecit. Et ait helyseus. Sagitta dñi est ꝓ syriā. ꝛ percuties ptez syrie q̄ est in affec donec cōsumas eā. et sublato arcu cū sagittis dixit heliseus ad regem Percute terrā iaculo. Cūq; percussisset eam tribus vicibꝰ ꝛ stetisset. iratus vir dei ait Si percussisses vsq; septies. totiēs percussisses syriā nūc aūt tribꝰ vicibus percuties eaz. Et mortuus est heliseus et sepelierūt eū iuxta abdiaz. Porro latrunculi moabite venerant i terrā eo anno. Quidā aūt sepeliētes homineꝫ viderūt latrūculos. et timentes piecerūt cadauer in sepulcro helisei. Quod cum tetigisset ossa helisei. reuixit homo. Josephꝰ tñ dicit latrones piecisse in helisei sepulcrū mortuum quē ipi videbant interfecisse. Mortuꝰ ē aūt azabel rex syrie. et regnauit pro eo filius eius benadab. Cum quo dimicauit ioas rex israhel tribus congressionibus. et vicit eum et tulit de manu eius ciuitates quas tulerat azabel de israhel iuxta verbū helisei.

De amasia et ioas rege israhel. Capitulum. XIX.

Anno secūdo ioas regis israhel. regnauit amasias filius ioas in hierusalē. Viginti ꝛ q̄nq; annoꝝ erat cū regnare cepisset. et. xxix. annis regnauit. Nomen matris eiꝰ ioiada de hierusalem. Et fecit rectū coꝝ dño. iuxta ea que fecit ioas pater eiꝰ. nisi tantū ꝟ q̄ excelsa nō abstulit. subaudiendū est vterq; eoꝝ. Nec enī ioas excelsa abstulit sicut videt̄ lr̄ā sonare. Et interfecit seruos. q̄ interfecerant patrem suū. nō tñ filios eoꝝ ꝓpter legē moysi q̄ dicit. Non morientur patres ꝓ filijs neq; filij ꝓ patribus Collegit aūt exercitū vt amalechitas et ydumeos expugnaret. et cōduxit a rege israhel centuz milia armatoꝝ centuz argenti talentis. Et cū

Qz bō nescit q̄ntitatē peccati alicuiꝰ. ideo q̄ntū ad examē būanū sufficit. vt quis ꝓ suo moriatur delicto ꝑm iusticiā dei forte nec etiam mos filij quandoq; ꝓ delicto patris.

esset in procinctu suasit ei ꝓpheta vt dimitteret israhelitas. q; ydola ferebant et deꝰ daret ei victoriā. Et acquieuit. licet grauiter ferret. eo q̄ israhelitis merces p̄buerat. Et percussit edom in valle salinarum decem milia ꝛ apprehendit petram nobilē arabie ciuitatē Et vocauit eam iezechel. quod sonat auxilium dei. Josephus tñ dicit viuos quos ceperat eum adduxisse ad excelsam petrā arabie et illos ex ea p̄cipitauit. Idip̄m quoq; dicit paralipomenon. nam fere in omnibus consonāt iosephꝰ ꝛ paralipomenon. Tamē deos quos tulerat de amalech postea adorauit. q; audiuit eos dantes responsa. ꝛ perisse amalech. q̄a negligentes fuerant in cultu eoꝝ. Pro quo tali pena pcussus est. Elatus eni in superbiam scp̄sit ad ioas regem israhel. Veni mihi sic̄ patres tui seruierunt dauid et salomoni. alioq̄n veni et videam⁹ nos. q̄si diceret. pugnem⁹ Et rescripsit ei ioas in enigmate. Carduus libani misit ad cedrum dicens. Da filiam tuā filio meo in vxorem. Et indignantes bestie saltus cōculcauerūt carduum. Eleuat te cor tuum p victoria. Curuum. prouocas malū vt cadas tu ꝛ iudas tecum. Et ñ acquiescente amasia. congressi sunt iuxta bethsames. et fugit iudas coram israhel et ligatus est amasias. et cōminabaī ei morte rex israhel. nisi redderet ei hierim. Quatem rex israhel. nisi redderet ei hierim. Quatradita interrupit ioas murū hierusalem a porta effraym que dr porta vallis. vsq; ad portā anguli. quadringentis cubitis. Et tulit auruz et argentū et vasa que inuenta sūt in domo dñi. et in thesauris regis et obsides et rediit in samariā. Et facta est ꝓra amasiā ꝓuratio i rlim. Et ille fugit i lachis. ꝛ miserūt iḃ eū i lachis. et iterfecerī eū ibi. et retuleri illū in hierusalē et sepultꝰ est i ciuitate dauid Tulitq; vniuersus populꝰ filium eiꝰ oziam vel azariā ante annos natū. xvj. et ꝓstituerī eum regem.

Incidentia.

Sub amasia tertiusdecimus rex latinorum fuit siluius auentinus ꝛ in eo monte q̄ nūc pars vrbis est. mortuus et sepultus est num loco vocabulum dedit

De ieroboã rege ísrahel et amos ꝓpheta. Capitulum.XX.

Ꝺro moꝛtuus eſt p ioas rex ísrabel et ſepult⁹ ī ſamaria et regnauit ieroboam filius e⁹ pro eo anno.xv.amaſie regis iuda. Et regnauit ísrabel.xl.et vno anno.7 ambulauit in vijſ ie roboam filij nabath q̄ peccare fecit ísrabel. Ipſe reſtituit terminos ísrabel ab introitu ematb que eſt antiochia vſq3 ad mare ſoli tudinis quod eſt mare moꝛtuū .iuxta ꝟbuz dñi quod locutus eſt per ſeruū ſuū ionā ꝓ pbetam.q̄ erat de getb que eſt in opbecb vel opbir.ad differentiaz getb que eſt in paleſti na.et eſt nomen regionis. Quare non eſt le gendū opbel. Opbel eī eſt nomen turris ne bulole.que non longe erat a templo. Banc vaſtationē ſirie p ieroboam factam nō legi mus in iona.ſed ꝓpter cōminationem euer ſionis quam p̄dicauit et ſcp̄ſit dicit ioſeph⁹ eum p̄dixiſſe q̄ poſt bꝛeuiſſimū tempus aſie perderent p̄ncipatum. Quod quidez per ie roboam incboatum eſt.ſed poſtea cōſūma tum eſt quando monarcbia aſſiꝛioꝝ trāſla ta eſt ad medos. Hac felicitate ieroboaz ela tus fecit malum coꝛaz dño. Et miſſ⁹ ē amos tbecuites ꝓpbeta de paſtoꝛib⁹ .vbi paſcebat gregem in ſamaria.vt p̄diceret euerſionem domus ieroboam.et calamitatez populi di cens. Hec dicit dñs. Conſurgam ſuper do mū3 ieroboam in gladio. Et rurſum. Uenit finis ſup ꝓplum meū ísrabel. Quod cum ſi gnificaſſet amaſias ſacerdos betbel ieroboa am regi ísrabel.ex mandato regis ꝓbibuit amos ne vltra ꝓpbetaret in regno.x.tribuū. Cum aūt amos nollet ceſſare dicens ſe non eſſe ꝓpbetā ſed paſtoꝛē miſſū a dño.frequen ter aſſlixit eum amaſias plagis. Tandem fi li⁹ ſuus oziasfrequent eū increpans vectez ꝑtpa trāſfixit.et ſemiuiuus relat⁹ in terram ſuā ibi moꝛtu⁹ eſt et ſepult⁹. Et moꝛtu⁹ ē ie roboaz et regnauit ꝓ eo filius eius zacha rias.

De ozia. Capitulum.XXI.

Imminebat enim ea die solēnitas triūphalis pro triūpho scilz quodā. quē maiores sui eadem die habuerant. Ea igit die suscepit eos qs cora vniuersitate pncipū decreuerat honorare. Post susceptōem vo duodecim diebus fuerūt cū rege. et scisscitat⁹ est ab eis que in corde suo disposuerat. et pcipue ō duob⁹ de cognitōe dei. et gubernatiōe regni. Cūqz instruxissent eum de regni amministratiōe. pleni⁹ disputauerūt de vno deo colendo. et q nulla creatura de⁹ essz. Indeest q vbicūqz occurrit eis de trinitate. vel sub silentio trāsierūt. vel in enigmate transtulerūt ne tres deos colendos tradidisse viderent. Similiter z de incarnatione verbi. faciētes. vt in ysaia. Qui cuz dixisset puerū nobis nascturū. et addidisset. vj. ei⁹ noīa quorū vnū est de⁹. pro illis sex noīb⁹ trāstulerūt magni psilij angel⁹. ne viderent tradidisse hoīem deificatum Tūc ostendert regi rotulum quem attulerant. Nec sufficiebat admirari rex cartarū tenuitatem z cōpaginationē. q oculis deprehendi non posset. qz qz lrē auree in candore cartarū a deo legibiles apparerēt. Introducti at sūt in domū regis sec⁹ mare secretā q erat ad negocioz deliberatōnem. Et date sūt eis celle singule. et quicqd visum est eis opportunū et cōmodū ad interptandum. Deluculo egrediebāt ad optandū regi bona et policronitudines. Tunc lauabāt se ad mare pm purificatōnē iudeoz. postea interptabant vsqz ad horam nonaz. Inde transibant ad cibuz

Vñ in ysaia. et vocabit noīe⁹ ei⁹ admirabilis psiliari⁹. deus fortis pater futuri scli. princeps pacis. Prohis omīb⁹ trāstulerūt magni consilij angel⁹. q translatōne vsus est gregor⁹. q ecclīastici officiū ordinauit. qz translatōe vtitur vbicūqz vel posteri vel alteri⁹ auctoritatē inducit. cū tñ ecclesia trāslatōne hiero. vel vulgari vtatur in his omnibus.

z requiē et psumma uerūt opus. lxx. duobus dieb⁹. Vñ quibusdā visuz est q nō trāstulerūt tunc nisi pentbateucuz. Posthea vero vel postqz redirent. vel post alii qui ex eis ad regem redeūtes transtulerūt psalmos et ppbetas. Verūtamen si miraculose factū est vt dicit augustin⁹. q vna et eadem sine dissonantia inuēta sit editio vniuscuiusqz eoz minus miraculose fieri potuit. vt in tot diebus interptati sint legē psalmos et ppbetas. Iero. tñ videt velle. q interptationes. vj. dierū in sabbato pferebāt ex oībus conflantes vnā. Nec mirandū esse ꝑ asserit. cū eisdras legez quā pspūm reparauerat. postea cū veteri scptura q apud samaritanos erat correxit. Opere cōpleto conuocauit demetrius q sup libros magister erat omēs iudeos q erant in alexandria. et de puincia peritiores. Et lecta est cora omnib⁹ translatio eoz et approbata. Postea delata est ad regē et cora eo replicata. Cūqz peterent interptes a rege dari auctoritatē vt immobilis pseueraret. hec se facturū laudauit. si demū ita caute corrigerent eam. vt qō semel iudicatuz foret. ñ cogerent irritare. Et remisit eos muneribus honoratos. Eleazaro qz sūmo sacerdoti transmisit munera. In templū vo misit pter vasa mensam aureaz. gēmis impciabilibus insignitam. c⁹ crassitudo cū essz dimidij cubiti. tñ materiā supabat opus

Incidentia

Eo tempore sostrat⁹ farum i alexandria construxit. aratus claruit. argenteus num⁹ pmus in vrbe figurat Romanos carthaginenses nauali prelio vicerunt. metello cōsule fugato.

Hoc fuit vnū de mirabilib⁹ mūdi. vt dicit plini⁹. Pharus enim erat turris altissima in litore maris sita. ñ in terra fundata. sz sup cancros. iij. vitreos posita z tante magnitudinis. q ignis i summo posit⁹ in nocte totuz fere lu⁹ irradiabat.

Sepulchrum arati admiratione in cilicia est dignū. nam in id sxa iactata resiliunt.

De euergete. Capitulū. VIII

POst philadelphū p regnauit frater ei⁹ ptholome⁹ euergetes. qui ab egiptijs euergetes dictus ē. qđ refectionē sonat. qz post vastatas syrias et cilicias et ptes asie inter innumera spolia q̄ cepit. et deos eorū qs cābises ī psas trāsuexerat reuexit

Judeorū pontifex onias simonis iusti filius. cui successit simon filius eius. sub quo iesus filius sirach libz sapientie q̄ eccle siastic⁹ dr cōposuit. quem greci panarethon vocant. Et pre dicti simonis in eo facit mentōnē. Idcirco onias cum tributa negasset euergeti. zelo legis vel potius ex auaricia. vt dicit iosephus qui eū in bonorum fuisse te statur. compulit regem in iram. Et missus est legatus a iudeis etiā inuito onia ad regem. Josephus vir nobilis thobie filius et sororis onie. Hic habuit filium hircanum. cui⁹ dū puer esset probauit pater prudentiam. tradens ei. ccc. iuga boū sine iugis. Qui non solum pacē reformauit. sed remissus est a rege dux iudee. et finitimarum regionum.

Apan qđ est totū et areibon qđ ē vt⁹. q̄si totus vtuos⁹.

Tres libros salomō fec̄. Ecclesiasten qui sic incipit. Vanitas vanitatū. parabolas siue puerbia que hebraice maslot dicūt. Cātica cāticoꝝ. Est q̄rt⁹ cui⁹ dubitat auctor q̄ ppe dr liber sapiētie. et incipit. Diligite iusticiā. Est q̄ntus q̄ eccleſiastic⁹ dr quē cōposuit iesus filius sirach. Quilibz istoꝝ dr liber sapiētie qđ i eplis notari pōt ab his libris sūptis. Ideo ātbāc appellationē sortiti sūt. qz in q̄libz istoꝝ sapientia introducit loquēs. vel qz mores iformāt. vl qz ō salute salomōis ppt ydolatriaz dubitat.

Interfec̄ boues et comedit carnes. et ō corijs fecit lora. et seminauit terrā.

Eo tpe ennius tarentin⁹ a catbone questore romam trāslatus est. parco sumptu contentus. Et vnius ancille misterio. Quadraginta ferme milia gallorū a romanis cesa sunt. Apud rhodus colossus magn⁹ terremotu corruit.

Ymago maria erat mire magnitudinis vt sagitta ad summū dirigi non valeret. et caput eius tante magnitudinis. q̄ capere poterat. xxx. chorosi grani. et in inferiori parte in pedib⁹ aptura erat vnde poterat homo intrare et ascendere in caput.

De philopatre. Capitulū. IX.

POst euergetem regnauit filius ei⁹ ptholomeus philopater. Post quem ptholome⁹ epibanes. Post quem ptholome⁹ philometor. quem vicit rex syrie antiochus magnus et iudeam sibi subiugauit. Pontifex iudeorum fuit onias magnus simonis fili⁹. Adquem ad reparandū fedus quod legitur fuisse inter abrahā et maiores suos. lacedemoniorum rex arius legatos misit. Porro antiochus rex tributa. vij. anni et mistrorum templi que philadelphus relaxauerat a iudeis reuocauit. Qui dum finitimas regiones supra modum infestaret. delata ē res ad romanos. Et missi sunt ad eū scipio nasica et scipio affricanus. et ab infestatōne sub religione iurisiurandi amouerunt eū. Insuper tulerunt ab eo obsidem filiū eius seleucum pmogenitum. quem volens recipere abeis tradidit pro eo filium minorem natu antiochum epipbanem. ita q̄ esset obses ppetu⁹. id est. non rediturus. ppter eius desertionem antiochi seuiciam. Descendit onias in egiptum ad ptholomeū epipbanem sicut supra dictum est. et occisus est in perside antioch⁹ in fano nanee. et membratim electi⁹ a sacerdotibus. Qui in dolo pmiserant ei thesauros. et cuz paucis induxerūt eū in aditū

De seleuco. Capitulum. X

POst antiochū magnū regnauit in syria fili⁹ ei⁹ maior

seleucus pessimꝰ sed iners. Pontifex iudeorū fuit onias. Nam onia transeunte in egiptum. filiꝰ eiꝰ simon sedit pro eo. Cui successit filius eiꝰ onias. Sub ꝟ misit seleucꝰ nūciū beliodorū in irlm ad spoliandū cōmune erarium templi. Quo ingresso in templū surrexerī duo iuuenes de latibulis et occiderūt eum. Videt tñ ioseph̄ pelle angelos fuisse in similitudinē hominū. In scdo macabeoꝝ libro legit. qz apparuit terribilis sessor equi et conculcabat eū et ꝓfractus est. et mutus factus sed nō mortuꝰ. et duo iuuenes deorī flagellabāt eū. Timēsqz onias indignationē seleuci. orabat ad dñm pro defūcto et resurrexit. Qui rediens ad regē ait. Si habuerit dñs meꝰ aliqs qz sitiat sanguine. mittat eos in irlm vt spolient templū.

¶ Nō vasa ꝛ donaria in vsus templi

¶ Incidentia

¶ Eo tempore aristobolꝰ natiōe iudeꝰ peripateticus pbūs scripsit cōmētarios explanationū i moysē ptolomeo philometori.

¶ De antiocho epiphane

¶ Capitulū. XI.

HAbiens ãt antiochus epiphanes q̄ rome obses erat pro patre prēm mortuū. sciensqz frīs inertiã. de regno sirie habendo psumēs. clazomam egressus est. Licet quidā tradāt eum sub cōiuentia senatorī rediisse. Reuersusqz in siriã benignū se omnibꝰ ꝛ munificū exposuit. Strenuus erat in agendis. et acer i bellis. Unde et a plō cognoiat̄ ē epiphanes qđ sonat illustris. Et mortuo fratre regnauit p eo. Tunc iniquitatē sibi insitã aperuit. quã p regno obtinendo palliauerat. Tunc surrexerūt in irlm filij belial. introducentes ritū gentū. et petierūt ab antiocho vt faceret in bierusalem epbebiam. i. lupanar epbeborī. et q̄ bierosolimite scriberēt antiochenī. et gimnasia. in quibꝰ dogmatizabant de ritu gentilitatis. Et fecerūt sibi ꝓpucia. i. non circūcidebāt paruulos suos. vel qz ritu ꝓpuciatorī viuebāt. Quidā tñ volūt. q̄ quedam velamina fecerūt circūcisioni sue. vt i denudatione grecis apparerēt dissimiles. Causa vo bꝰ flagicij hec fuit. Onias sine liberis duos habuit fratres. iesum vel oniam ꝛ iohannē. q̄ ꝓtendebāt de pontificatu. et vt placerēt antiocho. declinauerūt ad ritꝰ gentū. adeo vt etiam noīa gentū sibi imponerēt. Et iesꝰ dict̄ est iason. vel onias. iohannes vo menelaus. Cūqz plures essent cū iasone. supplicauit antiocho de faciendo gimnasio in irlm. Et audierūt eū viri pessimi culpabiles in cibo et violatione sabbati et hmōi. Ꝑ Bicit aug⁹. q̄ ignis sacrificij q̄ p. lxx. ānos babilonice captiuitatis sub aquis vixerat extinctꝰ ē. antiocho vendente sacerdotium iasoni.

Postea antiochꝰ amouit iasonem. et eleuauit menelaū. Qui secutus est oniam in antiochiam. Hic enim cum vidisset facinus fratruz. descenderat ad regez. si possz mutare animum regis. Quod cuz nequiret sedebat ī antiochia in asilo. Et veniens post eum menelaus suasit andronico. vt occideret oniã. Qui euocans eum ꝺ asilo occidit eum. Et iratꝰ rex p morte iusti. andronicū exuit purpura. et flagellatū p ciuitatē in eodē loco fecit interfici. vbi ille occiderat oniam. Ꝑ Dorro antiochus cū pcussisset egiptū in dolo ascendit in bierusalē. et p diuisione. i. dissensione ciuiuz ad libitū fecit in ea. ꝛ pcussit multos in irlm. et lugebat oīs terra. Cūqz rediisz in egiptuz. et esset repulsus per nuncios romanorū post biennium rediit ī bierusalē in furore. Et aperuerūt ei portas fauentes sibi. Et

In scdo tñ macbaboꝝ libro ꝺ solus iason fuisse frater onie. et menelaꝰ frater cuiusdā simonis q̄ iuuidens onie pluasit seleuco de cōmuni erario spoliādo de quo supra dictū est.

Infra ꝟ biennū visus est in irlm ī aere conflictꝰ equitū quadraginta diebꝰ.

interemit ꝓtraria sentiētes. ꝛ expoliauit templū menelao ductore. tollēs vasa ꝛ lucernas mensã ꝛ sacrariū. ꝛ vinã aureã. A velis q̄z ñ abstinuit. Et posuit in templo ydoluz iouis olimpici vel bospitalis vel pegrini. Oblatō

nes mosaicas fieri ꝓhibuit.altare ereū amouens.et carnem suillam edere.et ydolo immolare coegit iudeos.arcemqꝫ muniuit in ciuitate dauid.in qua posuit ꝑsidium macedonū.q̄ iudeis erant in omnib⁹ inhumani. Nam q̄scunqꝫ circūcidisse filios suos reperissent.suspēdebāt.ꝫ paruulos ad colla eoꝝ. Videntes āt samaritę iudeos hec pati ꝓ cōsuetudine nature sue.se nō esse cognatos iudeoꝝ fatebant.ꝫ qō bacten⁹ ꝑdicauerāt templū sup garizim dei esse maximi negauerūt. scribentes antiocho in būc modū. Deo epiphani.relatio a sichimitis sydonioꝝ ꝙ patres nrī ꝓpter pestes q̄ndam supstitionem sabbatoꝝ secuti sūt.edificantes in garizim tēplū sine numie.venūtqꝫ iudices vrī ad nos et similia iudeis nobis inferūt.duꝫ ab initio sydones cē noscamur. Cohibe iudices tuos ab aflictōe nrā.ꝫ tēplū sup garizim in noīe greci iouis vel anxuris .i. bospitalis petim⁹ dedicari. Et adiudicauit antioch⁹ facere petitionē eoꝝ.

Sequūtur tituli capituloꝝ in historiam Machabeoꝝ Libri primi.

De machabeis cap.j.
De prelijs iude machabei. ca.ij.
De purificatione templi. ca.iij
De prelijs iude. cāp.iiij.
De morte antiochi eupatoris in iudea. Capitulum.v.
De demetrio et nicanore. ca.vj.
De federe iudeoꝝ cū romanis ca.vij.
De morte iude. cap.viij.
De ionatha. ca.ix.
De alexandro. ca.x.
De demetrio cretensi. ca.xj.
De antiocho adolescente. cāp.xij.
De simone. cap.xiij.
De antiocho demetrij filio. ca.xiij.
De morte simonis cāp.xv

Incipit historia libri machabeoꝝ. Capitulū. I.

Hinc multi iudeorū sponte quidē timore regis iussa secuti sūt.ꝑbati vo patrijs legibus adheserūt. Erat āt vir ō modin mosdico iudee vico sacerdos noīe matbatbias. filius iobannis filij simonis filij asamonei.ō vice ioachim .i. vni⁹ illoꝝ.xxiuj.q̄s dauid elegit.et in eūdem modū dict⁹ est zacharias de vice abia. Erantqꝫ ei filij q̄nqꝫ. Jobānes Simon. Judas .Eleazar⁹. Jonatbas.et quisqꝫ suo cognoīe censebatur. Sed sufficit ō iudadicere.q̄ dicebat machabe⁹. Hi vidētes mala.induti cilicijs planxerūt. Et venerūt emissarij directi a rege in modin.statuentes ydola in loco quib⁹ cogerent iudeos immolare. Et dixerūt matbatbie. Princeps es in ciuitate bac.et prior iussa regis imple. Qui claruit. Et si oēs obediāt regi.ego ꝫ filij meifrēs mei obediem⁹ legi dei celi. Nō sacrificabim⁹. Tunc quidaꝫ ex iudeis immolauit in medio. Et surgens matbatbias cū suis trucidauit euꝫ suparam.et nūcios regis interemit.aram q̄ deponēs clamauit. Quicūq; est zelator legis et tudinē.oīa relinquens. Multiqꝫ cū filijs et uxorib⁹ ad solitudines confugerūt. malētes berbis vti q̄ inq̄nari. Quos iudices regis prius verbis flectere conabant.vt eligerent que prosunt.ne eis tanq̄ hostib⁹ pterentur. Qui noluerūt eos audire. Tūc emissarij regis aggressi sūt eos in dieb⁹ sabbatoꝝ.quib⁹ nephas erat eis arma mouere.ꝫ pcusserunt quosdā. Alios in spelūcis globis fumiferis suffocantes. Et perierūt ex eis tria milia.alij babent solū mille. Plures aūt liberati adiū cti sūt matbatbie.et eū iudice sibi statuerunt. Qui docuit eos pugnare in sabbatis dicēs. Si sup ℞ legē seruabitis.eritis hostes legis dantes causam vt pereat populus dei.et lex cū populo peribit. Et exinde dicit iosep⁹. pmanet nobis ꝙ sue tudo pugnandi.etiam si tali die bella ꝙ surgūt. Colligensqꝫ matbatbi as armatos.aras depositi ydoloꝝ.et immolantes q̄s potuit interemit.pueros nō circūcisos iussit circūcidi. Et anno vno būc gessit magistratū. Cūqꝫ grauiter egrotaret.cōuocans filios ait. Ego decretam ꝑficiscor viam. cōmendo vobis patrias leges vt peis gratia mente moriamini. Nam corpa mortalia sūt.sanctioꝝ vero monimenta imortalitatis

ordinē ꝓsequūt. Cōcordiā habete et simonē
fratrē sapientiā in ꝓsilijs habete prēm. Judā
vo ꝑpter fortitudinē ducē in armis. Et mor
tuus est matbatbias ⁊ sepult⁹ in modin. Et
planxit eū israel planctu magno. Et surrexit
ꝑeo iudas machabe⁹ filius ei⁹. et fact⁹ est qꝫ
leo defendēs isrl clipeo suo.

De prelijs iude machabei.
Capitulum.II.

Tunc appolloni⁹
dux samarie. in virtute magꝫ egres
sus est contra iudam. Judas autē
occurrit ei. et ꝑcussit eum. multosqꝫ cum eo.
et reliqui fugerunt. Tulitqꝫ spolia multa. et
gladium appolonij. et pugnans in eo omni
bus diebus vite sue. Seron aūt dux inferio
ris syrie. audiens iudam roborātū tulit sub
se constitutos. et iudeos transgressores ⁊ ca
stra metatus est in bethsura. Et occurrit ei
iudas. et videns suos ꝑpter paucitatez et ie
iunium desides hortabatur eos non in mul
titudine sed in pietate confidere. Et confli
gens cum syris duce eoꝝ interfecto. ꝑsequē
batur fugientes in descensu montis bethorō
vsqꝫ in campuꝫ. Et ceciderunt ex eis. dccc. vi
ri. Josephus dicit. viij. milia. Reliqui fugerī
ad maritima loca philistijm. et cecidit timor
iude super gentes. Audiens hoc antiochus
congregauit omnē ꝓpriam virtutez ⁊ mer
tos ab insulis mercede conduxit. Cunqꝫ mi
litibus stipendia distribueret. vidit thesau
ros deficere. Non enī ei omnia tributa red
debantur ꝑpter seditiones gentium. et deli
berauit ire in persidem ⁊ accipere tributa re
gionū. Et reliquit lisiam de genere regali su
per negocia regni. ab eufrate vsqꝫ ad fines
egipti inferioris. et vt nutriret antiochum filiū
eius donec rediret. Et tradidit ei medietatē
exercitus ⁊ elephantes. ꝓcipiens vt vastaret
iudeam et euerteret bierusalem. et genus iu
deoꝝ extirparet. Ipe vero abijt in persidem
egressus ab emath. quaꝫ reparans antiochi
am nominauit. et perambulauit superiores
regiones. Lisias vero elegit ptholomeuꝫ mi
canorem. et gorgiam. viros potentes ex ami
cis regis. Et misit cū eis. xl. milia peditum. ⁊
septem milia equitum. vt venirent in terraꝫ
iuda. et applicuerunt in emaus. in loco cam
pestri. Et supuenerūt syri eis ad auxilium. ⁊
multi transfuge iudeoꝝ. et negociatores qui
dam sperantes se iudeoꝝ emere captiuos.
Judas vero cum exercitu venit in maspbat
et hortabatur suos spem ponere in deum di
mittens ꝓm legem nouiter ꝓratos. et qui
possessiones paulo ante acquisierant. Et as
sumpsit gorgias qnqꝫ milia virorum. ⁊ tria
milia equites electos. vbi alij habent vnum
mille equitum. ⁊ egressi sunt circa solis occa
sum. vt per noctem irruerent super iudam.
Quod ꝓsentiens iudas. statuit et ipse ca
stra hostium latēter inuadere. et focos plu
rimos in castris derelinquens. peruenit ad
campestria emaus. Gorgias vero neminez
in castris iudeoꝝ inueniens. arbitrans eos
fugisse in montes. querebat eos in montib⁹
Siluculo apparuit hostib⁹ in castris iudas
cum tribus milibus plus vel minus vtcun
qꝫ ꝓpter paucitatem. Cunqꝫ inopinatos
hostes inuaderet. multos occidit. reliquos
persecutus est vsqꝫ ad gesseron. et campos
ydumee ⁊ azoti. Et ceciderunt ex eis tria mi
lia. Judas vero dicebat suis predam contē
nere. dum adhuc pugna contra gorgiā sup
esset. Videntes autem qui cum gorgia erāt
castra suoꝝ incensa. nam fumus a lōge boc
eis indicabat. scientesqꝫ suos in fugaz ꝓsos.
et ipsi terga dederunt. Judas vero post ple
nitudinem victorie tulit spolia multa hosti
um. ad ꝓpria remeans et laudans deum.
Et adhesserunt iude plures. et fuerunt cū eo
circiter decem milia virorꝝ. Sequenti vo an
no congregauit lisias exercitū. xl. milia viro
rum. et. v. milia equituꝫ. et venerunt in iude
am. Et occurrit illis iudas in bethoroth cuꝫ
decem milibus. et statim ꝑcussores ꝓsterr
nens. congressus est cum eis. Et ceciderunt
de exercitu lisie qnqꝫ milia virorum. Et attē
dens lisias iudeoꝝ audaciā. et timens eorū
desperationē. misi eis viuere cum libertate li
cuisset. rediit antiochiam. presidia ꝓgregās
pegrinoꝝ. vt cum maiori apparatu rediret ī
iudeam.

De purificatione templi. Capitulum.III.

Quotiens igitur uictis antiochi ducib⁹ persuasit iudas populo. vt ascenderent hierosolimam templūq; mundarent. Et inuenientes templū desertum. et in eo frutices pullulasse. planxerūt planctu magno. Et elegit iudas milites qui expugnarent eos. qui arcez presidij custodiebāt. dum ipe templū a fedritate purgaret. Quod diligenter emundāsset introduxit vasa noua candelabrum et mensam. aram q̄z ex auro factam. Et posuit vela in ingressu. et ianuas restaurauit. et deponens altare quod statuerat antiochus ō lapidib⁹ nouis aliō edificauit. et encenia tū est templum. xxv. die decembris. Que dedicatio stetit i posterum aliis duab⁹ babitis i dissuetudinez

Et eadez die qua destructū fuit templuz eadem die reuolutis tribus annis reedificatum est.

Una salomoni i edificatōne templi. secūda neemie in reedificatione.

De hac dictum est i euangelio. Facta sūt encenia i hierosolimis. et hyems erat. Et obtulerūt holocaustū in nouo altari. et adoleuerunt incensū de veteris altaris calculis igne concepto. Et accenderūt luminaria multa. et dixerūt festum luminū. vel ꝓpter multitudinem luminariū. vl quia tunc illuminauerat eos deus sedentes in tenebris. Et statuerunt iudam summū sacerdotem. Facta sūt āt ꝫ post tres annos quib⁹ templum manserat ꝓphanatum ꝑm danielis ꝓphetionem. quam ante. cccc. annos et octo predixerat. Et solennizauerunt. viij. diebus sub vmbraculis ꝑm ritū scenophegie. memores q̄ pauło ante in speluncis habitauerant. statuentes vt posteri per viij. dies banc renouatōem templi celebrarēt. Vñ ioseph⁹ ait. Ab illo tpe z hactenꝰ il-

Nota q ꝫ babes festum iudeoz per ogdoadem. quod non obest. quia non fuit festum ex lege.

lam festiuitatē celebrā⁹ vocātes eā lumia. eo q ꝓpter spem lumen nobis religionis apparuit. Tūc ꝓstruxit iudas murū i circuitu ciuitatis. et edificauit turres. custodes i eis deputans. Ez et bethsurā munuit. vt ea pro castello aduersus hostes vteret. arcē tū presidij nondū obtinuit.

De prelijs iude. Capitulū.IIII.

Pro gentes finitime reparatōem hierusalem et rotebur iudeoz egre ferebant. z ꝑsequebāt eos. Quos iudas viriliter debellabat. et ꝑcussit ydumeos plaga magna. Et pugnauit ꝓtra thimotheū ducē filioz amon. z fugauit eū et vastauit iazer. et rediit in iudeaz. Et ꝓgregate sunt gentes que erāt in galaad aduersus iudeos. q̄ erant in finib⁹ eoz. Qui fugientes in themam. miserūt ad iudam vt fugeret eis auxiliū nūciantes q festinaret. thimotheus capere locū in quem ꝓfugerant. Cumq; adbuc legerent epl̄e supuenerūt nunciꝰ a galilea. indicantes cōgregari eos q̄ erant in ptholomaide et tyro et sydone aduersus ipsos. Ergo vtrobiq; hostib⁹ nūciatis. misit iudas simonem frēm suū cū tribus milibus electoz in solatium galileoz. Ipe vo cum iohanatha fratre suo z. viij. milibus exijt in galaaditidem. relinquens in iudea ioseph̄ et azariam duces. vt seruarēt iudeā. sz cū nullo hostium interim bellū cōmitterent. Et vadit simon in galileam. et ꝓtrite sunt gētes a eo. et ꝑsecutus est eos vsq; ptholomaidem. z tulit spolia eoz. et iudeos q̄s trabebant captiuos. et rediit in iudeam. Judas vo et iohanathas transeuntes iordanē. ambulauerūt vna tribū dierū p desertū. Et occurrerūt eis nabuthei z susceperūt eos pacifice. et narrauerunt eis q̄ acciderāt fratrib⁹ eoz in galaaditide. z quō in munitōe tenerent cōpbensi. Judas vo ꝑpus incēdit bosoz z spoliauit. Et surgens nocte cū diluculo venit z ad obsidionē. vidit portātes scalas z machinas vt cōꝑbenderēt munitōez. Et veit post eos tribꝰ ordinib⁹. et insonuit tuba. et castra thimothei cognouerūt. q̄ macbabeꝰ esset. z fugerunt ab

eo.et ceciderunt ex eis fere.viii.milia.z vastauit iudas ciuitates gentium in galaaditide. Post hoc congregauit thimothe⁹ exercitū alium et sedit secus torrentem . iudas vero abijt obuiam illis. Et ait thimothe⁹ ꝓncipibus suis. Si transierit iudas ad nos. potēs poterit aduersū nos. Si vero timuerit transire.et castra posuerit extra flumen. transeamus ad eū.et poterim⁹ aduersus eū. Et trānsiuit iudas torrentem relinquēs post se qui clamarent neminem remanere. Et contriti gentes fugerūt ad phanū qō erat ī carnaim Judas vero succendit phanū cuz omnib⁹ q̄ erant in eo. Tu'c cōgregauit iudas vniuersos israelitas q̄ erant in galaaditide.z vxores et paruulos vt venirent in terram iude. Cunqz venissent in effron.petierūt a ciuib⁹ transitum et noluerūt eis aperire. Et eradicauit iudas effron.et ꝑ eam transiuit sup interfectos.et erat iudas ꝓgregans extremos ꝑ totā viam et exhortans. Et transmisso ioradane ascenderunt in montem syon et obtulerunt holocausta q̄ nemo ex eis ceciderit. Et redierunt in eadem die iudas de galaaditide.et simon de galilea. Interim vero duz abierant iosephus et azarias volentes sibi facere nomen.congressi sunt cum gorgia.z fugerunt.z ceciderūt de populo duo milia.z magnificatus est iudas in israhel.qui quasi ꝓpheta habebatur.et pōterat iosepho et azarie ne egrederentur. Et vastauit iudas ydumeos et philistijm. Et ptransiens samariaz declinauit in azotuz.et combussit aras et deos eorum.et cum spolijs rediit in iudeam.

De morte antiochi eupatoris in iudea. Capitulū.V.

Qm hec fierent iudea.perambulabat antioch⁹ superiores regiones.et audiuit esse ciuitatem elimaidem in perside opulentam.z templum in ea locupletē quo erant velamina aurea et lorice et scuta q̄ reliquerat alexander.et querebat prędari eam sed nō potuit. nam elimaite fugauerunt euz ignominiose. et nunciatuz est in via ei.quo fracti erant ꝓncipes ei⁹ in iudea. Et versus in furorez iussit agitari currū suū sine intermissiōe. superbe intonans venturū se hierosolimaz.et facere eā poliandrū iudeoz. Et statim apprehendit eū amar⁹ dolor viscerū et ꝓtigit eū ī impetu euntē de curru cadere.et collisus est. Et manifestauit de⁹ in eo virtutē suā.vt q̄ sibi videbatur etiam fluctib⁹ maris imperare. et montiū altitudines in statera appendere ī gestatorio portare tur Et ebullierūt vermes de carnib⁹ eius et viuētes effluebāt et fetore illius grauabatur exercitus. Cunqz nec ipse fetorez sum ferre potuisset ductus est ad agnitōez sui venire.et ait. Justum est mortalem subditum esse deo.et vouebat se liberaturuz iudeos.et pares athenien sibus factu rum. Pollicebatur quoqz se futurū iudeū. et in omni loco predicaturum dei potestatē et desperans scripsit omnia hec ad iudeos. orans vt fideliter adhererent antiocho filio eius. Cunqz profiteretur se pati hoc propter templi violationez.miratus est ioseph⁹ polibium virum bonum dixisse.ideo perijsse antiochum.quia voluit templum diane ī persidē deuastare . Nam qui nullatenus egit peccatum sed tantum cogitauit.nullo reatu tenetur. Hic patz ꝑm opinionem iosephi.q̄ lex cohibebat manum.et non animū. Tunc vocauit antiochus philippum collactaneuz suum.z constituit eū tutorem regni.dans ei diadema et stolam z anulum.vt ferret ea ad antiochum filiū suum.et poneret euz super solio regni. Et mortu⁹ ē antiochus peregrin mōtib⁹ et miserabiliter. Quod cū accepisset lisias constituit antiochum quem nutriebat regem.et vocauit eum eupatorem. Tūc cogitauit iudas vt obsideret eos qui erant

Quīqz de causis punit deus homies. vl' ad correptionem. vt mariam sororē moysi. Ad maius meritū vt iob. Ad conseruationem virtutum. vt paulum per angelū satbane. Ad manifestationem glorie diuine. vt de ceco nato legitur. neqz hic.n.p.e.et cetera. Vel ob ostensionem inchoationis pene alicuius hic z pmansure in futuro. vt ī antiocho.

in arce ꝑsidij.et fecit balistas ⁊ machinas et ꝓfortauit aggerē Tūc egressi sūt qdā ɔ obsessis.⁊ aduūxerūt se illis aliq̄ ex impijs israbel. et venerūt ad regē et dixerūt. Quousqz non vindicas nos.q̄ decreuim⁹ seruire ꝑri tuo ⁊ tibi. Ascēde et libera obsessos tuos.et redde nobis hereditates nr̄as. Et irat⁹ rex vehemēter collegit exercitū. Qz ⁊ de regnis alijs venerūt ad eū ꝓducticij.et erāt.c.milia peditū. et.xx.milia equitū.et elephantes.xxxij. Et applicuit ad bethsurā.vt expugnaret eā.⁊ recessit iudas ab arce et admouit castra ꝓ̄ra castra regis. Et ordinauit rex diluculo exercitū.et ostenderūt elephantis sanguinem vue et mori.ad acuendū eos in ꝓlīū.et astiterūt singulis elephantib⁹ ad custodiā mille pedites loricati.et equites.d.et turres lignee erāt sup singulos.et in turre.xxxij.viri pugnātes desup.et intus magister bestie. Et distenta ē pars exercitu⁹ regis sup montes.alij per loca ibant humilia. Et resplenduit sol in clipeos aureos.et resplenduerūt montes ex eis.⁊ apparuit iudas in ꝑlio cū suis.⁊ ceciderūt ɔ exercitu regis.dc.viri. Et vidit eleazar⁹ frat iude vnā de bestijs ceteris eminentiorē.⁊ arbitrās regē esse in ea.cucurrit ꝑ hostes.⁊ subijt elephantē et effodit eū in vmbilico.et cadēs elephas oꝑpressit eū. Tunc diuerterūt iudei a ꝓlio.et ascēdit rex post eos.⁊ capta bethsura.posituſqz in ea custodib⁹ obsedit hierusalem.et statuit illic balistas ⁊ machinas et ignis iacula et scorpios ad mittendas sagittas et fundibula. Esce aūt nō erāt in vrbe.eo q̄ septimus annus esset et egressi sūt plures. Tūc audiuit lisias q̄ philip⁹ redierat a persidе.et querebat suscipere regni negocia . et suggessit regi dicēs. Deficim⁹ quotidie.esca nobis modica est.⁊ munit⁹ est loc⁹ quē obsidemus.et incūbit nobis ordinare de regno. Demus ergo dextras hominib⁹ istis.statuentes vt ābulēt in legib⁹ suis.et seruiant nobis. Et facta pace iurauit rex.⁊ ꝓncipes ei⁹. et intrauit montē syon.et vidēs munitionez loci rupit iusiurandum . et destruxit murum in giro. Et reuersus antiochiam.inuenit philippum dominantem in ea . et ꝑ occupauit ciuitatem

De demetrio et nicanore. Capitulū. VI.

In tempore exijt demetrius seleuci filius ab vrbe roma.et ascendit in ciuitates maritimas et regnauit ibi. Hūc dum adhuc puer esset patru⁹ e⁹ antioch⁹ epiphanes ꝓuauerat regno.et ascēdit romā in accusationē patrui. Audiens vero patruum defunctū rediit.et plures receperūt eū. Sed exercitus ligauit antiochum et lisiam vt traheret eos ad eum Quod cum accepisset ait. Nolite mihi ostendere faciem eoz. Et occidit eos exercit⁹. et sedit demetri⁹ sup soliū patris sui. Tūc venerūt ad regez impij ex israbel. ⁊ alcbimus aaronita dux eorū.qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerūt iudā dicentes. Perdidit iudas omnes amicos suos.et nos dispersit de terra nostra. Mitte ergo virum cui credis.qui videat exterminium ⁊ vindictam credis.qui videat exterminium ⁊ vindictam quam fecit in nos. Et constituit rex alcbimum ꝓncipem sacerdotum.⁊ misit cū exercitu bachidem in iudeam. Qui misit nūcios ad iudam ⁊ fr̄es eius in dolo loquentes de pace. Et nō attendit iudas sermonib⁹ eoz. Quia vidit q̄ ꝑ fidem locuti sunt. Tamen vō de ipsis credidерūt eis dicentes. Homo sacerdos de semine aaron venit.nō decipiet nos. Et egressi sunt ad bachidem.et occidit ex eis sexaginta viros vna die.Im illud. Sanguinez sanctorum tuorū effuderunt in circuitu hierusalē. et non erat qui sepeliret. Alij fugerunt ab eo dicentes. Non est ei veritas et iudiciū. Tūc recessit bachides a hierusalez . et applicuit in bezecha.et multos ex eis qui a se refugerant occidit.et proiecit in puteū. Et cōmisit regnum alcbimo relinquens ei adiutores.⁊ ipse reuersus est in antiochiā ad regē. Tūc alcbimus seducebat omēs verbis. et ad libitum cuiqz loquens subito manu valida transfugarū circūsept⁹ est.et fecit mala in irā plus q̄z oēs gentes. Qđ attendēs iudas.cessauit exire in regionē.⁊ fecit vindictā in viros desertores. Videns aūt alcbimus q̄ non posset

iudam sustinere.rediit ad regem.accusãs iudam in multis. Et misit rex nicanorem q̃ cũ eo fuerat rome in iudeam.mandãs ei euertere ip̃lm. Et venit nicanor in ir̃m cũ exercitu.et locut⁹ est ad iudã in dolo verbis pacificis et salutauerũt se inuicẽ. Sed cũ iudas intellexisset insidias.exiluit.et refugit ad suos. Postea congressi sunt iuxta vicum capharsalama.et victus iudas fugit in ciuitatẽ dauid. Et egressi sunt sacerdotes ad nicanorem.supplicantes et ostendentes olocausta q̃ offerebant pro rege.et irridens spreuit eos.et adponens manũ capiti iurauit. Nisi tradit⁹ fuerit mihi iudas.cũ rediero succendaz locum istum. Et recessit nicanor a bierusalem.et venit in bethoron.et suscepit exercitũ syrie sibi destinatum. Et exiuit iudas cum tribus milibus post eum . et cõmiserunt prelium tertia die mensis adar.et cõtrita sunt castra nicanoris.et cecidit ipe primus.et fugit exercit⁹ eius armis proiectis. Et egressi sũt de castellis iudee in circuitu . et percusserunt eos vsq; ad vnum. Et caput nicanoris amputantes. et dexteram quã superbe extenderat suspenderunt ea contra bierusalem.et lĩguam eius minutatim incisam dederunt auib⁹ ad comedendum. Et statuerũt diẽ illã solennem omnib⁹ annis. Et siluit terra iuda a plĩs diebus paucos.

De federe iudeorum cũ romanis. Capitulum.VII.

Audiuit iudas nomen romanorum et virtutes eorum quas fecerant in orbe.et quos volebant vel priuabant regno vel exaltabãt et q̃ cum amicis optime conseruabãt amicitias . et in omnib⁹ istis nemo postulabat sibi diadema. Et fecerant sibi curiaz.et.ccc xx.consiliũ agentes. Et misit romam eupolemum filium iohannis.et iasonem. filium eleazari. Qui intrantes curiã dixerunt. Judas machabeus et frẽs ei⁹.et populus iudeorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem. et vt auferatis ab eis iugum grecorum. Placuitq; sermo romanis.et scripserunt federis formam.et rescriptum in tabulis eneis miserunt in bierusalem.vt esset ibi memoriale in hunc modum. Bene sit romanis et genti iudeorum in mari et in terra. Et pax in eternum. Quod si insteterit bellum romanis.auxilium feret gens iudeorum non accipiẽs stipendia a romanis. Idipsum facient romani iudeis. Tunc scripserunt romani ad demetrium. Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros et socios iudeos. Si ergo iterum adierint nos aduersum te.faciemus illis iudicium.et pugnabimus tecum terra mariq;

De morte iude. Capitulũ.VIII.

Interea cũ audisset demetrius.quia cecidit nicanor cũ suis.misit rursum in iudeam bachidem et alchimum.et dextrum cornu cũ illis et applicuerunt exercitum ad bierusalez. Et surgentes abierunt in berea.et iudas posuit castra in laisa.cum tribus milibus electorũ Qui videntes multitudinem hostiũ timuerunt valde.et subtraxerunt se de castris.nec remanserunt cum iuda.nisi.dccc. viri. Sed et iudas corde dissolutus est nam bellũ perurgebat eũ.nec habebat temp⁹ congregãdi. Et locuti sũt ad eũ.q̃ residui erant. Non poterim⁹ ptra eos.sz liberem⁹ aĩas nras mõ & reuertamur ad fratres nostros.et tunc pugnabimus aduersus eos.Qui ñdit. Absit istam rem facere vt fugiamus ab eis.et si inducamus opprobriuz glorie nostre.sz moriamur in virtute propter fratres nros. Et congressi sunt cum hostibus et expugnabãt cornu dextrum. Qui autez in sinistro cornu erant.venerũt eis a tergo.& ingrauatum est prelium.et cecidit iudas.et ceteri fugerũt. Symon aũt et ionathas fratres eius redimentes corp⁹ ei⁹ ab hostib⁹.tulerũt illud i modm Et sepelierũt in sepulcro patrũ suorum. Et plãxit eum populus terre planctu magno.et ceperunt iniqui in israel.et facta est fames

Respublica romanorum primus regibus tractabat q̃ primus romulus.secundus remus.postea per consules.tertio per imperatores.quorum primus fuit iulius cesar.

magna.et tradidit se bachidi omis regio. Et elegit bachides impios viros.ꝛ ꝓstituit eos dnos regionis. Qui ꝑsequebant amicos iude.et cogregati sūt amici iude.eligētes ionathan in ducē sibi.

De ionatha. Capitulum.IX.

ET surrexit ionathas loco iude frīs sui.ꝛ querebat bachides eū occidere. Tunc ionathas cū suis fugit in desertū thecue.ꝛ misit frēm suū iobannem ad nabutheos amicos suos.vt cōmodarēt ei apparatū suū.q̄ erat pciosꝰ Et exeūtes filij zamri.pcusserūt iohannē.ꝛ tulerūt oīa q̄ habebat. Post Bnūciatū est ionathe et simoni fratri eiꝰ. q̄ filij zamri facerent nuptias.et ducerent sponsaꝫ ex maDaba.et surrexerūt ad eos de insidijs et pcusserūt multos in vindictā sanguinis frīs sui. et redierūt ad ripaꝫ iordanis. Et audiuit bachides.ꝛ venit die sabbatoꝝ in vtute magna Et dixit ionathas ad suos. Ecce belluꝫ exaduerso.aqua vero iordanis binc et inde.ꝛ paludes et saltus.et non est locus diuertendi. Clamate ergo in celum.et pugnemꝰ.et commissum est bellū. Et ceciderunt ex pte bachidis mille viri.et versus ē bachides in fugam et reuersus ē ī irl'm.et edificauit ī iudea ciuitates munitas.ꝛ posuit custodiaꝫ in eis. Et accepit filios pncipū regionis obsides.ꝛ posuit eos in arce in irl'm in custodia. Tūc precepit alcbimus destrui muros domꝰ sancte interiores.et destrui opera ppbetarū. Cūq̄ cepisset destruere.pcussus est paralisi.ꝛ mortuus est cum tormento magno. Tūc rediit bachides ad regem.et siluit terra iuda duobus annis. Post quos viri iniqui in israel reduxerunt bachidem in iudeā. Qui voluit cōprehendere ionathan occulte sed non potuit.nam innotuit consilium eius ionathe. Qui comprehendēs.l.viros de bis qui insidiabant ei occidit eos. Et secessit ionathas cū suis in bethesi.q̄ est in deserto.ꝛ cōfirmauit eam. Et ascēdit bachides ī vtute magna et obsedit bethesen. Et egressus ionathas reliq̄t simonē in ciuitate.et fecit sibi ionathas numerū.et pcutiebat per noctes multos bostium in tabernaculis eoꝝ. Simon vo egressus de ciuitate succēdit machinas.et pugnauerūt contra bachidem.et contritus est ab eis. Et iratus est bachides contra viros qui reduxerant eum in iudeaꝫ. Et multos ex eis occidit. Quod audiens ionathas.misit ad eum legatos pacē componere cum eo. qui libenter accepit.et iurauit se nibil mali facturum ionathe omnibꝰ diebus vite sue.et reddidit ei captiuitatem quam prius erat patus in terra iuda.et rediit in terram suaꝫ Et cessauit gladiꝰ ex israbel.ꝛ sedit ionathas in machinis iudicans ibi populum.et exterminans impios ex israbel.

De alexandro. Cap.X.

IN tempore ascendit alexander filiꝰ antiochi epipbanes.et occupauit ptholomayda. et regnauit in ea. Qđ audiens demetrius congregauit exercitum.et misit ad ionathan.vt secum faceret pacem. Et nō cū alexandro. Insuper dedit ei potestatem congregandi exercitum.et obsides qui erant in arce tulsit eis reddi. Et venit ionathan in irl'm.et cepit ī nouare ciuitatē.munire mōtē syon in circuitu.et fugerunt custodes quos posuerat bachides in iudea. Tū in bethsura aliqui remanserūt.q̄ erat eis adrefugiū. Et audiuit alexander pmissa quefecerat demetrius ionathe.et prelia et virtutes quas ipe fecerat et frēs eius.et sepsit adionathan dicēs. Audiuimꝰ de te q̄ vir potens es ꝛ aptus vt sis amicꝰ noster.ꝛ nūc ꝓstituimꝰ ꝛ te bodie summū sacerdotem gentis tue.ꝛ vt amicus regis voceris. Et misit ei purpuraꝫ et coronam auream. et induit se ionathas stola sancta in die solenni scenopbegie.ꝛ cōgregauit exercitum. et fecit arma copiosa. Quod audiens rex demetriꝰ ꝓtristatus est.

ab eo tpe ex quo audiens demetrius ochus epipbanes q̄ obses erat rome pꝰ mortez patris.fratre suo spreto demetrio eius filio in regnum succesit. contento erat de regno intercessores fratrum illorum.

et remisit ad ionathan in hec verba. Usque
te in amicicia nrā. et nūc absoluo oēs iude-
os a tributis. et ptātez arcis q̄ est in ir'lm do
summo sacerdoti. et omnē animā iudeoruz
q̄ est in regno meo captiua relinquo liberaz
gratis. et q̄ oēs dies solēnes sint dies immu
nitatis et remissionis. et dies decreti circa il
los. i. d est. tres ante solennitatē. et tres post.
Ptholomaidem z duas ciuitates cōfines
eius do summo sacerdoti ad necessarios sū
ptus sanctoruū. et singulis annis. xv. milia si-
clos argenti ad instauranda opa sanctoruū.
et ad innouandos muros in hierusalē. et in
iudea sumptus dabunt de rationib9 regis.
Jonathas aūt et pplus non crediderunt ei.
Et complacuit eis in alexandro. et ferebant
ei auxilium omnib9 diebus. Tunc congre-
gauit rex alexander exercitum et mouit ca-
stra contra demetriū et fugit exercit9 deme-
trij. et cecidit demetri9 in illa die. Tunc misit
alexander ad ptholomeū regē egipti dicēs.
Da mihi filiā tuā uxorē. Et acquiemit ptho
lomeus. significans vt occurreret ei ptholo
maide. Et exiuit ptholome9 de egipto et fi-
lia ei9 cleopatra. et occurrenti sibi alexādro
in ptholomaide dedit ei uxorez. Tūc alexan
der vocauit ad se ionathan. et veniēs iona-
thas ptholomaidē inuenit grām in conspe-
ctu duoz regū. Et venerūt quidam pestilen
tes ex israel post eū. et accusabant. Sed non
attēdit ad eos rex. sz magnificabat ionathā.
et induit eū purpura z scpsit eū inter pmos
amicos. Sunt āt quattuor insignia regalia
purpura fibula aurea. diadema z sceptrum
et reuersus est ionathas in hierusalem cuz
gloria.

De demetrio cretensi. Capitulum. XI.

Post tres ānos sue-
pnit demetrius fili9 demetrij a creta
Hic occiso prēi plio. fugit ad cretē-
ses parētes maternos. Et resūptis viribus
rediit ī maritimaz philisteoz z ī siriā cheles
Et pstituit apollonū ducē exercit9. q̄ puo-
cauit ionathan in prelium. Qui assumptis
decē milibus egressus est de iherusalem. z ve
niens ioppen. expulit inde appolloniū. z ob-
tinuit eam. Et ibat apollonius in azotuz et
insecut9 ē eum ionathas. z cōmiserunt prelī
um in campo. Et fugerunt equites apollo-
nij in azotum. z intrauerūt fanuz dagon. vt
se tuerentur: Et succēdit ionathas ciuitatez
z fanum. z eos qui erāt in eo. z fuerunt de oc
cisis in campo z succēsis in fano fere. viij mi
lia. Et transiuit ionathas in ascalonē. z rece-
perūt euz ascalonite in gloria. Et rediit iona
thas in iherusalem. Et audiuit alexāder rex
virtutez eius. z addidit adhuc glorificare io
nathan. z misit ei fibulam auream. que solet
dari ognatis regum. z dedit ei achārō z om-
nes fines eius. Et cuz uteretur ionathas du-
obus insignib9 regijs forte signum erat ōre
nouatione regni iudeoz. Et ascendit alexan
der in superiores partes cilicie. Et egress9 est
rex egipti socer eius in virtute magna z q̄re
bat obtinere regnū alexandri in dolo. Et api
ebant eī ciuitates et occurrebāt ei. sic enī mā
dauit alexander. Et transiens in singulis ci-
uitatibus relinq̄bat custodias. Et vt appro
pinquabat azoto. ostenderunt ei templū da
gon succensum. et cetera demolita. z eoruū tu
mulos qui occisi fuerant. Et dicebāt. Sic fe
cit ionathas vt inuidiam facerent ei. Et tacu
it rex. Et occurrit ionathas ptholomeo ī iop
pen et salutauerūt se. Et abiit ionathas cum
rege vsq3 ad fluuium eleutherum. z rediit in
hierusalem. Cunq3 ptholomeus obtinuiss3
ciuitates vsq3 ad seleuciam maritimam. mi
sit ad demetrium dicens. Veni compona-
mus pactum. et dabo tibi filiam meaz. Pe
nitet enim me q̄ dederim illam alexandro.
Et tollens filiam suam dedit eam demetrio.
et recessit ab alexandro manifeste. Et intra
uit ptholomeus antiochiam. et imposuit
sibi duo diademata egipti et asie. Tunc a-
lexander venit contra eum in prelium. et
victus est a ptholomeo. et fugit in arabiam
ad parentes maternos cum antiocho filio
suo. Rex autem arabum timens virtutem
ptholomei occidit alexandruz. et reseruauit
filium et misit caput alexandri ptholomeo.
qui gauisus est. Sed factum est. vt tertia
die moreretur. et regnauit demetri9 in solio

patrū suoꝝ. ¶ In dieb⁹ illis expugnauit io/
natbas arcem que erat in hierusalē.et nūci/
auerūt hoc demetrio quidā iniqui ex israel.
Qui iratus venit ptholomaidē.et scripsit io/
natbe ne obsideret arcez.sed occurreret ei fe
stinato.Et elegit ionatbas de seniorib⁹ isra/
bel.et dedit se periculo. Et accepit pecuniaz
multam et vestes.et abijt ad regem.et dans
ei munera inuenit grām in conspectu eius.
Et licz multi accusarent eum.magnificauit
eum rex in conspectu omnū.et statuit ei pn
cipatum sacerdotij.et quecūqz habuerat p⁹
Et vidit demetri⁹ qa siluit terra in cōspectu
eius.et dimisit exercitum in loca sua.et reti/
nuit secum exercitū pegrinū.z inimici erant
et omīs exercitus patris ei⁹.Trifon aūt erat
quidam partium alexandri pri⁹.q̄ videꝫ qp
omīs exercitus murmurabat contra deme/
trium.iuit in arabiam vt reduceret inde an/
tiochum filū alexandri in terram patris sui
¶ Eo tempe dum demetri⁹ erat offens⁹ suis.
misit ad eum ionatbas vt eijceret eos q̄ erāt
in arce in hierusalem.et q̄ in presidijs erant
quia impugnabant israel. Et rescpsit deme/
trius dicens. Hec et maiora faciam tibi cuz
fuerit opportunū. Nunc autē recte feceris.si
miseris mihi viros in auxiliuz qz discesserit ex/
ercitus me⁹ a me.Et misit ei ionatbas.iij.mi
lia electoꝝ in antiochiā.et delectatus est rex
in aduentu eoꝝ.Et surrexerūt antiochenі.
c.xx.milia.et volebant interficere regem. Et
fugit rex in aulam.Et misit iudeos pciuita/
tem.et occiderunt centū milia hominum.et
liberauerūt regem.Residui vero ciuium de
derūt dexteras regi et fecerūt pacem.z glori
ficati sunt iudei.et redierunt in hierusalem.
Et siluit terra in conspectu demetrij.et men
titus ē oīa q̄ dixerat ionatbe.et recessit ab eo
et vexabat eum valde.

¶ De antiocho adolescente. Capitulū.XII.

Eo tempore reuer/
sus est trifon de arabia reducēs an
tiochum adolescentē.et imposuit ei
diadema.Et congregati sunt ad eum exerci
tus quos dispserat demetrius.z pugnaue
runt ꝓtra demetrū z fugit.Et obtinuerunt
antiochus et trifon antiochiam. Et scripsit
antiochus adolescens ionatbe dicens. Con
stituo tibi sacerdotium.et ꝓstituo te sup q̄t
tuoꝝ ciuitates vt sis de amicis regis. Et mi
sit illi vasa aurea.dans ei potestatem bibēdi
in auro.et eē in purpura.et habere fibulā au
ream.Et simonē fratrem ei⁹ ꝓstituit ducem
a terminis tiri vsqz ad fines egipti. Et exijt
ionatbas.et pambulabat ciuitates.et venit
ascalonez.et occurrerunt ei honorifice. Azo
tenses vero ꝓpus resistentes ei.postea vedert
ei dexteras.Et accepit obsides ex eis. Et mi
sit eos in hierusalē.et pambulabat regiones
vsqz in damascum.agens regni negocia.Et
audiuit ionatbas q̄a ꝓncipes demetrij qui
erant in cades galilee cum exercitu magno
volebant euz remouere a negocio regni. Et
occurrens illis.relinquens frēm suuz symo
nem intra prouinciā.congressus est cuz eis.
et fugerūt omēs qui erant cū ionatba preter
duos. Et scidit ionatbas vestimenta sua et
orauit. Et aggressus hostes conuertit eos i
fugam.Et redierūt ad eum q̄ recesserant ab
eo.et insecut⁹ est hostes vsqz ad castra eoruz
que erant in cades.z ceciderūt ex eis tria mi
lia.Et redijt ionatbas in hierusalez.et misit
romā renouare cum eis amiciciā.Sparcia
tis q̄z scripsit quos supra lacedemonios dix
mus dicens. Judas sacerdos iudeoruz
vester.sub onia summo sacerdote iudeoruz
qz de genere abrabe estis.et frēs nostri.et fe
cim⁹ vobiscū fraternitatez.Extūc memores
sumus vestri in sacrificijs et obseruatioīb⁹
nostris.sicut decet nos meminisse fratruz.et
nūc misim⁹ ad vos vt inouē⁹ fraternitatē. Et
rescripserūt sparciate.pecora mā z possessio nā
strā sunt.et mā nostra.z innouata ē fraterni
tas.Et audiuit ionatbas.q̄ iterū egressi sūt
ꝓncipes demetrij cum exercitu multo.supra
q̄z ꝓpus.z egressus est aduersus eos.Qui cū
audissent aduentū ionatbe.nocte fugerunt
relinquentes focos in castris. Et mane inse
cutus est eos ionatbas.z non comprehendit
Transierant enī flumen eleuterū.et diuertit
ionatbas ad arabes q̄ dicunt zabadei.z per
cussit eos.Simon aūt in ioppen declinauit.

Audierat eī q̄ vellent p̄sidiū tradere ptibus demetrij.et posuit ibi custodes.ꝛ redijt ionathas in ir̄m ꝛ innouauit muros ī ea.ꝛ munuit eā valde int̄ arcem et ciuitatē.vt eēt ciuitas singularis ī terra.ꝛ nec emāt nec vendāt.i.nō indigentes bonis alioꝝ. Eo tpe cogitauit trifon occidere antiochum adolescentē.ꝛ imponere sibi diadema.ꝛ timuit ionathā strenuum defensorē antiochi. Et elegit vt eū p̄ius occideret.scp̄sitq; ionathe vt occurreret ei ī bethsan. Et venit ad eū ionathas cū.c.xl.milib⁹ viroꝝ. Vidēsq; trifon q̄ nō posset extendere man⁹ in eū.honorauit eū dās ei munera.et p̄cipiēs exercitib⁹ suis.vt obedirēt ei sicut sibi. Et ait ionathe. Ut q̄d vexasti populum Elige tibi paucos ꝛ veni mecū ptholomaidē.et tradā eam tibi.et reliqua p̄sidia.et exercitū.ꝛ vniuersos misteriales regni.ꝛ redibo Et credidit ei ionathas.et remisit in iudeaz exercitū.ꝛ retinuit tantum tria milia. ex quibus dimisit in galileam duo milia. Et erant mille cū eo. Cūq; intrasset ptholomaidem lugauerūt eū ciues.et oēs q̄ erant cuz eo interfecerūt. Et planxit oīs terra iuda ionathan. estimās occisū esse. Et dixerūt gentes q̄ erāt in circuitu iudee. Nō habēt p̄ncipē.tollam⁹ de hoīb⁹ memoriā eoꝝ. Et p̄gregauit trifon exercitū.vt veniret in terraz iuda.ꝛ attereret eā. Timēsq; ip̄sus ascēdit in ir̄m.ꝛ ait simoni. Tu es dux noster loco iude ꝛ ionathe fratris tui.

In libro machabeorū ita. Et p̄uocatis senioribus p̄pl̄i.cogitauit innouare muros et exaltare altitudinē magnā int̄ ciuitatez et arcē.vt separet eaz a ciuitate.et esset singulariter.

De simone. Capitulū.XIII.

Et accelerauit simō e p̄sūmare muros ir̄m.ꝛ misit exercitū in ioppen. Cognoscēs āt trifon. q̄ surrexit simon loco ionathe.misit ad eum legatos dicēs. Pro argento q̄ debebat ionathas frater tu⁹.in ratiōe regis detinuim⁹ eū. Et nūc mitte argēti talēta.c.et duos filios ei⁹ obsides.et remittem⁹ eū. Cūq; cognosceret simon dolū ei⁹.misit tñ argentum et pueros.ne murmuraret p̄pl̄us dicens.non rede mit frēm volens regnare. Et mentit⁹ est trifon et intrauit regionē.vt p̄tereret eā. Et cuz appropinquasset baschama.vidēs q̄ nō p̄ficeret.ionathan ibi occidit et filios ei⁹.et rediit in terrā suam. Et misit simon et accepit ossa ionathe.et sepeliuit eū in modin. Et statuit.vij.piramides patri et matri.ꝛ quattuor fratribus et sibi.et circū posuit colūnas magnas.et sculpsit in eis arma et naues ad memoriā eternā. Trifon aūt cū iter faceret cuz antiochō adolescente.dolo occidit eū.et regnauit p̄ eo in asia. Tūc edificauit simon p̄elia in iudea et misit ad demetriuz.vt faceret pacem cū eo.et mittens munera rogauit vt faceret remissionē regioni. Et scp̄sit demetrius dicens. Munera suscepim⁹.et pacem facimus vobiscū magnā remittentes ignoratias et peccata vsq; in hodiernū diē.et nunc absoluimus vos ab omni tributo. Et ablatum est iugū gentiū ab israel. Et extūc cepit scribere populus israbel in tabulis et gestis publicis annotationes tp̄is in būc modū. Anno p̄mo sub simone summo sacerdote. magno duce et p̄ncipe iudeoꝝ. Tunc descendit simon in gazam.et obsedit eam .et eiecit ydolatras et ydola de ciuitate.et mundauit edes.et collocauit in ea viros q̄ legē facerent et muniuit eā.et fecit sibi habitationē.ꝛ obsedit eos q̄ erant in arce hierusalē. Et clamauerunt ad simonez.vt acciperent dextras.et dedit illis.et eiecit eos inde.et mundauit arcem a p̄taminationib⁹.et intrauit eam cum musicis instrumentis. hymnis et ramis palmarū.stauēs vt omnib⁹ annis ageret hec dies cum letitia. Et vidit simō iohannem filiū suuz q̄ vir esset p̄elij. Et posuit eum sub se ducē et dedit ei gazam ad habitandū. Tūc congregauit rex ōmetrius exercitum et ītrauit mediā ad contra Et sic tria festa legi⁹ in libro machabeoꝝ Primū festū mūdationis templi de quo supra capitulo. Tertiens igit victus. Secundū fuit occiso nicanore. de q̄ supra. c. Eo tpe. Tertiū babel hic.nullū tñ horuz legale fuit.

Angelus aũt domini locutus est ad philippum dicens Surge ⁊ vade contra meridianum ad viam. que descendit a bierusalem in gazã id est in affricam. q.d. Vade ad viam p quã a bierusalem p gazam descendit in affricam Hec scz gaza destructa est. Vetus enim gaza que olim erat terminus chananeoꝝ iuxta egiptũ ꝺstructa erat ⁊ loco ei⁹ edificata ẽ alia Et surgẽs abiit. Et ecce vir ethiops eunuch⁹ potens in domo candacis regine. qui erat super omnes gazas eius. erat enĩ consuetudo eunuchoꝝ custodire thesauros potentũ venerat adorare in bierusalem. Et vt traditur in alijs hystoꝝijs. per eum miserat multa dona templo in bierusalẽ candacis regina ethiopum. Et vide quia omnes regine ethiopũ dicebant regine candaces. sicut romanum peratores dicebantur cesares. nec habebat regimen regio illa nisi a feminis. Cũq; reuerteretur ethiops ille sedens sup currum. et legens ysaiam ppbetam. dixit spiritus philippo. Accede ⁊ adiunge te currui. Accedẽs autem philippus. audiuit eum legentem ysaiaz et dixit. Putas ne intelligis que legis. Qui ait. Et quomodo possum. si nõ aliquis ostenderit mihi. Et rogauit philippum vt ascenderet currum ⁊ sederet secum. Erat autem hic locus scripture quã legebat. qui domĩo procurante sic legend⁹ occurrerat. Tanq; ouis ad occisionem ductus est. ⁊ sicut agnus coram tondente se sine voce. sic nõ aperuit os suum Respondens autem eunuchus philippo dixit. Obsecro te domine vt dicas de quo ppheta hec dicit. de se an de alio aliquo. Aperiens autem philippus os suum ⁊ incipiens a scriptura hac. de qua scz querebat euangelizauit illi iesum. Et dum irent per viam. peruenerunt ad quandã aquã. Et ait eunuchus Ecce aqua. quis phibet me baptizari. Ad quem philip⁹. Si credis ex toto corde. licet tibi baptizari. Ad quem ille. Credo dei filiũ esse iesum. Et vide. quia cum in spiritu videret philippus eunuchi fidem. voluit tamẽ abeo extorquere confessionem manifestam. nolens eum subito baptizare. Vt daretur exemplum baptizantibus ⁊ baptizandis interrogandi ⁊ confitendi. Unde hodie cuz quadam dilatione ⁊ ptelatione scrutinioꝝ celebratur solenne baptisma in sabbato paschali. qz incipiunt scrutinia in media quadragesima ab ea die qua cantatur. duz sanctificatus fuero. Et iussit stare currũ. ⁊ descenderunt ambo de curru. ⁊ baptizauit philip⁹ eunuchum Et cum ascendisset de aqua. spiritus domini rapuit philippum. ⁊ amplius nõ vidit eum eunuchus. sed ibat per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto. ⁊ p transiens euangelizabat cũctis ciuitatibus donec veniret cesareã. In qua legitur domũ habuisse. cuius vsq; hodie apparent vestigia nec nõ ⁊ cubiculum quattuoꝝ filiarum eius virginum ppbetissarum. Nunc redit hystoria ad ordinem suum psequens de paulo. et continuatur ei quod supra dictum est. Saulus deuastabat ecclesiam. Qõ enim dictum est de philippo ⁊ de cõuersione eunuchi. quasi incidens fuit.

De excecatione sauli
Capitulum.XLVI

Saul⁹ adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini. id est adhuc comminans eis. ⁊ in eos conspirans ⁊ ad cedem eorum aspirans. accessit ad principem sacerdotum. zelo furoris eum concitante. ⁊ petijt ab eo literas ad sinagogas singulas iudeoꝝ que erant damasci. vt eius auctoritate si qs inueniret damasci hoꝝ vie viros ⁊ mulieres. vinctos pduceret in bierusalem. Et cum iter faceret. cõtigit vt appropinquaret damasco. ⁊ subito circũfulsit eũ lux de celo. ⁊ cadẽs in terram audiuit vocem dicentez sibi. Saule saule quid me psequeris. id ẽ in membris meis. Qui ait. Quis es dñe. Ille deus es vt angel⁹. Ego inq̃t sum iesus quẽ tu psequeris. Durũ est tibi contra stimulũ calcitrare. i. potenciori rebellare. Et tremẽs ac stupẽs dixit. Domine q̃d me vis facere. Ille si diceret. Voluntatez tuã indica mihi. qz pparatus sum tibi obedire.

Ad quem dñs. Surge ⁊ ingredere ciuitatez et dicet tibi quid te oporteat facere. Viri autem qui comitabantur eum stabāt stupefacti. audientes quidē vocem ipsius pauli. nō ei⁹ qui loquebatur cum eo. neminē autez videntes. iuxta qđ ipse paulus infra dicit. Qui mecum erant lumen quidē viderunt. vocez autem eius non audierunt qui loquebatur mecum. Et surrexit de terra. ⁊ apertis oculis nihil videbat. Factus est cecus corpe. qui prius fuerat cecus mente. Ad manus autē illū trahentes. manibus scz suis manus eius tenentes ⁊ quasi cecuz ducentes introduxerūt eum damascum. Et erat ibi tribus diebus nō videns neqz manducās neqz bibens. In quo triduo creditur a spiritusancto didicisse euangelium. Unde gloriatur in epistola ad galatbas se nō babuisse bominez magistrū dicens. Neqz ab homine accepi illud neqz didici. sed p reuelationez iesu christi. Imponebatur eni ei a pseudo. q̄ edoctus esset ab anania non a spiritusancto. vnde vocabant euz apostolum ananie. Nec te moueat. si quando qz legatur conuersio eius facta primo anno dominice passionis. quandoqz secundo. alterum de anno vsuali. alteruz de āno emergenti dicit. Si enim computes primū annuz dominice passionis a kal'ianuarij qui ē annus vsualis. tunc secundo anno conuersus est paulus. Si autez computes ab ipso die passionis vsqz in sequētem diē passionis anno reuoluto qui est ann⁹ emergens in p̄mo anno dñice passionis conuersus est.

¶ Quomodo ex mandato domini ananias visitauit paulum Capitulum. XLVII

Erat autez damascus discipulus quidam. i. christian⁹ nomine ananias. Et dixit dominus ad illum. in visu. i. in visione noctis. Anania. At ille ait. Ecce dñe ego parat⁹ sū tibi obedire. Ad quem dominus. Surge ⁊ vade in vicum qui vocatur rectus. ⁊ quere in domo iude saulum nomine tharsensem. Ecce enī orat. Forsan iudas erat p̄prium nomen hospitis sui. vel forsan erat de tribu iude. vt sit sensus In domo iude. id ē inter iudeos qui ibi erāt de illa tribu. vel in domo iude. id est in vico iudeorum. Vicus aūt dicitur a vicinia ciuitatis. vt dicit Raban⁹. vt proprie dicant vicinioza rura ciuitatis. Hoc tamē ⁊ sepe alibi aliter accipitur. Ne timeret ananias venire ad saulum. quē nouerat acerrimū persecutorem christianorū. addidit dominus. Ecce enim orat. quasi diceret. Non est timendus quia fact⁹ est de saulo paul⁹. ⁊ de lupo agn⁹. Et ego etiam reuelaui ei aduentum tuū. Ja enim vidit in spiritu te introeuntem ad se. et imponentē ei man⁹ vt visum recipiat. Tūc ananias. Domine audiui a multis de viro boc quāta mala fecerit sanctis tuis in hierusalem. ⁊ habet potestatem a principib⁹ sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Ad quē dominus. Vade quoniam vas electionis est mibi iste. id est vas electum. ⁊ in fornace tribulationis p̄batum. vt portet nomen meū coram regibus ⁊ gentibus et filijs israel. Et tu quidem baptizabis eum sed nō docebis euz. ego enim solus docebo eum. ⁊ ostendam ei quāta oporteat euz pati p̄ nomine meo. vt per multas tribulationes probetur vas electuz ⁊ mala que intulit sanctis patiatur cum sanctis. Abijt ananias et veniens ad hospitiū pauli intrauit ad eum ⁊ imponens manum dixit. Saule frater. dominus iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas misit me ad te. vt videas interiori ⁊ exteriori oculo. et implearis spiritusancto. id ē spiritum sanctuz plenius accipias postea in baptismo. Et confestim ceciderunt ab oculi eius tanq̄z squame. ⁊ visum recepit. ⁊ surgēs baptizatus est. ⁊ cum accepisset cibum confortatus est. Et fuit cum discipulis qui erāt damasci per dies aliquot. ⁊ cōtinuo ingressus sinagogas predicabat dominū iesuz. quoniam ħ est filius dei. Stupebant autez omnes qui audiebant ⁊ dicebāt. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalē eos qui inuocabāt nomen istud. ⁊ ad ħ huc venerat. vt vinctos eos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem magis conualescebat. in christo. ⁊ confundebat iudeos qui erāt damasci. affirmans q̄ hic est christus.

De inuidia iudeorum in paulum Capitulum .XLVIII

Cum autez implerentur dies multi a baptismo pauli. ꝓsilium fecerunt iudei vt eum interficerent. Ex eo quod dictū est cuz implerentur dies mlti .potest videri.hoc nō fuisse factuz in hoc p̄mo aduentu damasci sed in secūdo quia forte transijt in siriam et ciliciam.et ibi p̄dicauit.z multos conuertit. Postea cum iterum venit damascuz.qz magis suscitauerat inuidiam iudeoz.in secūdo aduentu damasci.statuerunt ꝓsilium vt eum occiderēt. sed notificate sunt ei insidie iudeorum.et custodiebāt portas ciuitatis die ac nocte vt eū dolo interficerent.nō iudei sed ciues damasci et p̄positus gentis aretbe regis ad petitionē iudeoz.sicut ipse apostolus in epistola scōa ad Corinth̄.refert dicens. Damasci p̄positus gentis aretbe regis custodiebat ciuitatē damascenoruz.vt me comp̄benderet. Discipuli autē eius nocte dimiserunt eum in sporta p murum. Et vide qꝫ in greco addituz nō est eius.sed dictum est simpliciter discipuli. quia nō habebat paulus discipulos. sed oēs christiani tunc dicebant discipuli. quia non dum inuentū erat hoc nomen christianus. Elapsus paulus a manib9 damascenoz venit in irl'm.z volens se iungere discipulis domini.scz apl'is.sed omnes timebāt eum non credentes qꝫ esset discipulus. Tūc barnabas cipus leuites genere.q̄ vt supra dictum est p̄ ciuz agri venditi posuit ad pedes apostoloz dñi.apprehensum illum duxit ad apostolos narrauitqz quomodo in via vidisset dñm.z quia locutus est ei.z quomodo in damasco fiducialiter egerit in nomine iesu. Quos autem apostoloz̄ inuenerit in irl'm in ep̄la ad galathas ostendit scz petrū et iacobū ep̄um hieroſolimoz.cum quib9 mansit.xv.diebus sicut ipse in epistola ostendit dicēs. Deinde post annos tres.s.a cōuersione mea veni in hierusalem videre petrū.z mansi apud eum xv.dieb9 .alium aūt apl'oz vidi neminē nisi iacobum frēm domini. Et erat cū illis scz petro z iacobo z alijs discipulis q̄ erant in hierusalem.intrans z exiens per.xv.dies. Deinde venit in partes surie z cilicie.z ibi loquebatur gentibus z disputabat cum grecis.id est iudeis inter grecos dispersis. Hec aūt historia p̄ nimia sui breuitate rei veritatem ꝓfundit.quasi totum in hierusalem factuz sit. Ita enim p̄cedit series historie. Et erat cuz eis intrans z exiens in hierusaliē.fiducialiter agēs in nomine domini. Loquebat aūt gentibus et disputabat cum grecis. Illi autē scz iudei conuersantes inter grecos cū quibus disputabat.voluerunt eum occidere. Quod cum cognouissent fratres. deduxerunt eum cesaream.que ciuitas est palestine.z inde dimiserunt eum tharsum que est ciuitas cilicie.vñ ipse oriūdus fuit. Postea redit historia ad petrum.de actibus apl'oruū agens quasi mō interscalari.

De curatione enee Capitulum.XLIX

Factum est autem vt petrus dum p̄dicando discurreret.venit liddā. Inuenit aūt ibi hominem quendā eneam noīe. paraliticuz ab annis.viij.in grabato iacentem. Et ait illi petrus. Enea sanet te dñs meus iesus christus surge z sterne tibi lectum.qui ꝑus nec etiam poterat de lecto surgere. Et ꝑtinuo surrexit. Et viderūt illū omnes q̄ habitabant lidde z sarone.z ꝑuersi sūt ad dñm. Erat aūt in ioppen discipula quedā christiana.que hebraice dr thabita.grece dorcas.latine aūt damula vel caprea. Sup marcum tñ habemus.qz thabita interp̄tatum est puella. Vnde thabita cumi interp̄tatuz est.puella surge.et p̄m hoc sunt diuerse interp̄tationes huius nominis Hec aūt erat plena opibus bonis et elemosinis quas faciebat z p̄cipue in ꝓuendis vestibus pauperū multum laboris impendebat. Factum est aūt in diebus illis in quibus petrus venerat liddaz.vt infirmata moreret Cunqz lauissent corp9 posuerunt in supiori cenaculo. Et cum lidda ppe esset ioppen. discipuli audiētes qz ppe esset petr9 lidde.miserūt ad eū duos viros dicētes. Ne pigriteris venire vsqz ad nos.z ñ apuerūt ei cāz. Exurgēs

aũt petrus venit cum illis. Et cũ advenissent duxerũt eum in cenaculum. vbi iacebat mortua thabita. Et circũsteterũt eum omnes vidue flentes & oñdentes ei vestes quas faciebat illis dorcas. vt opibus misericordie ipsaz operam dedisse ostenderent. & sic petrum ad cõpassionem cõmouerent. Tunc petrus oẽs eiecit non tanq̃z pperam aliquid facturus. qõ vellet alios latere. vt hi qui magicis artibus vel consilio demonũ aliquid machinantur. sed magistrum suũ volens imitari. q̃ filiam archisinagogi suscitatur⁹. omnes de domo eiecit. paucis exceptis. Vel forte q̃ nonnulli erant visione miraculi indigni. eiectis omnibus foris. facta genuflexione oravit. et conuersus ad corpus ait. Thabita surge. Et illa aperuit oculos. & viso petro resedit. & dãs illi manum. erexit eam. & cõuocatis qui exierant. reddidit eis eam viuã. Et notum factũ est miraculum p vniuersam ioppen. & multi crediderũt in deum. Et moratus est petrus in ioppen multis diebus apud simonẽ coriarium vel curiarium. vel a corio. vel curia. q̃ forte curialis erat. ideo dictus curiarius. vel q̃ parabat coria. ideo dictus est coriarius.

¶ De conuersione cornelii Capitulum. L.

VIr aũt q̃daz erat in cesarea noĩe cornelius. centurio cohortis que dicebat̃ ytalica. q̃ missa fuerat a romana ciuitate que est in italia. q̃ romani impatores mittebãt milites suos p ciuitates. ad custodiendas munitiões. Et ĩ erat religiosus et timens deũ. religiosus sup̃ gradum timoris. timens infra gradum religionis. i. pietatis. quia ĩ graduali ascensu donorum spũssancti. g̃ dus pietatis est sup̃ g̃dus timoris. Inq̃ntum ergo religiosus supra gradum timoris. intantũ timens deum infra gradum religionis. vt nomine religionis intelligas spiritum pietatis. Erat inquaz religiosus cum omni familia sua que religiosa erat & timorata faciens elemosinas multas plebi nõ accepto⁹ p̃sonarum. Iste cuz esset quasi hora nona diei vidit in visu manifeste. id ẽ manifesta visione non p somniũ vel in extasi angelum dei introeuntem ad se. & dicentem sibi. Cornelii. Et ille intuens in eum timore correptus dixit. Quis es domine. Ad quẽ angelus. Orationes tue & elemosine tue ascenderunt i memoriam in conspectu dei. Et nũc mitte viros in ioppen & accersi simonẽ quendam qui cognominatur petrus. Hic hospitatur apud simonem quendaz coriarium. cuius domus est iuxta mare tyrrenuz. quia ioppen ciuitas terre p̃missionis erat mari tyrreno proxima et in ipsius orientali litore sita. et ex parte litoris sita erat dom⁹ simonis coriarij hospitis petri. Hic inquit dicet tibi quid te oporteat facere. Ecce cornelio dictuz est ab angelo. Exaudite sunt orationes tue. Unde constat eũ tunc fidez habuisse. quia in hoc p̃sonant sancti. q̃ merito fidei venitur ad opera & non reuersa. Nondum tñ credebat christum incarnatũ. quia de tpe incarnatõnis incertus erat. ignorans an iam incarnatus. an adhuc incarnandus. Non tamẽ suberat falsitas fidei eius. quia cum fidem incarnationis haberet. salua fide poterat esse in ambiguo. an iam venisset. an adhuc in carne venturus esset. Quia nõnullos sanctoz patrum latuit christum natum esse post̃q̃z natus est. vt simeonem vsq̃z ad quadragesimũ natiuitatis eius diem. Nõ tamen putandũ est eos fidem incarnationis nõ habuisse. quia temp⁹ nõ est de articulo fidei. ĩmo cum nondũ esset eis p̃dicatum vel inspiratũ q̃ iam natus esset. salua fide licuit eis esse in ambiguo. an iam natus esset. an adhuc nasciturus. Cum discessisset angel⁹ a cornelio vocauit duos domesticos suos. & militez metuentẽ dominũ. quod de domesticis nõ est dictum. quia constabat familiaz ei⁹ religiosam esse & timoratã. Quibus cũ narrasset singla. misit illos in ioppen

¶ De visione petri Capitulum. LI

POstera autez die iter facientib⁹ illis et a propinquãtibus ciuitati ioppe. vel apparentib⁹

ꝑm alias literam.vt iam possent videri de bo
spicio petri.scz de domo simonis corarij.as
cendit petrus in supius cenaculum bospicij
sui circa horam sextam vt in secreto oraret.z
post orationem comederet.quia temp⁹ erat
comedendi.z ipse patiebat esurie. Et paran
tibus prandium ministris.cum ipse esset in
oratione.cecidit sup eum extasis.quia domi
no operante passus est alienatiõem mentis
ita vt non vteretur sensibus humanis. Et in
hmõi extasi vidit celum apertum.id est aerẽ.
et de aere aperto descendens vas quoddam
velut linteũ magnum de celo submitti in ter
ram quatuor linteis vel litijs vel innijs.q̃
litera verior est. Dicunt autem inutile funicu
li molles quibus circũligantur pueri in cu
nabulis.facti de stuppea materia.vl' de serico
ad opus nobilium. Videbatur ergo ei vas
illud quasi linteum quatuor innijs quatu
or cornibus alligatis.in aere appensum.z ita
demitti in terram.et in eo esse omnia genera
animaliũ.quadrupedia.serpentia terre. Et
cum esuriret.facta est vox ad eũ dicens. Sur
ge petre macta z manduca. Ac si diceretur ei
in spiritu. Transi ad gentes.z occide in eis vi
cia.et sic ecclesie incorpa. Absit inquit domi
ne.q̃ nunq̃ manducaui cõmune.i.immũdum
Et est ideoma hebreorum reputantiũ cibos
immũdos.quibus cõmuniter vtebant gen
tes.vnde vocabant cõmunes quasi immun
dos. Abhorruit ergo petrus quod dictũ est
ei manduca.quia ostensa ei fuerant quadru
pedia.z serpentia ꝑm legem immunda.q̃ gra
ue videbat ei vti cibis in lege phibitis.et ma
xime timebat reprehensionem iudeorum si vte
retur cibis gentiliũ. Et ideo cũ ita cuncta ab
horreret.facta est vox secundo ad eũ dicens.
Quod deus purificauit cõmune ne dixeris.
Hõ constat ei spũ aliter dictum fuisse de gen
tibus.iam in dei pscientia p fidem purificatis
De quarum purificatione instruxerat petrũ
vox prima facta ad eum dicens.occide z mã
duca. Cum autẽ ostensa fuissent ei serpentia
terre.cõstat ea nõ fuisse a deo purificata.nec
alicui siue iudeo siue gentili ad comedendũ
munda. Hoc aũt factum est ei ter.scz vas se
mel iterato z tercio in terra demissum.z vox
ter audita est p cõmendanda veritate visio
nis vel fide trinitatis. Nam vt dicit ambro.
In catbecismo fit trina interrogatio.scz cre
dis in deum.abrenũcias satbane.vis bapti
zari. Similit trina vnctõ.in vertice siue fron
te.in scapulis.in pectore. In baptismo quoq̃
fit trina immersio. Post trinam vasis ostẽ
sionem.receptum est vas in celum. Et dum
intra se cogitaret petrus.quid sibi vellet bec
visio. Ecce tres viri q̃ missi fuerãt a cornelio.
inquirentes domum simonis corarij stete
runt ad ianuã.querentes.si simon qui agno
minatur petr⁹ illic haberet bospicium. Et co
gitante petro de visione.dixit eis spiritus. Ec
ce tres viri querunt te. Causam tamẽ cur eũ
quererẽt ei subticuit.quã ipse postea ab eis
didicit. Quidad conservandã bumilitatem
aliquando ꝑpetie spiritus ex parte animum
tangit.z ex parte nõ tangit. Surge inquit et
descende.z vade cũ eis nibil dubitans.q̃ ego
misi illos. Descendens autem petrus ad eos
dixit. Ecce ego sum quem queritis.que causa
est p qua venistis. Ad quem illi. Cornelius
centurio vir religiosus ac timens deum.z te
stimoniũ habens ab vniuersa gente iudeorum
responsum accepit a spiritusancto vt accersi
ret te in domũ suam z audiret verba a te. Et
introduxit eos in bospitium suum et fuerũt
cum eo nocte illa. Sequenti autẽ die pfect⁹
est cũ illis z quibusdã fratrib⁹ qui eum comi
tati sunt a ioppe vt ei testes essent.

¶ Q̃ petrus venit ad corneliũ vocat⁹

Capitulum.LII

Hactenus autem die
secunda ab egressu d̃ ioppe intro
iuit cesaream. Cornelius vero ex
pectabat illos quocatis cognatis suis z ami
cis necessarijs. Amici necessarij dicũt. qui ñ
deserunt hominẽ in articulo necessitatis. Et
cũ introisset petrus obuius occurrit ei corne
lius.z prostrans ad pedes eius adorauit eum
ipso gestu corpis exprimens deuotionẽ mẽtis
Petrus vo eleuauit eũ dicẽs. Surge quia
ego hõ sum vt tu. Et cũ multi adessent cogna
ti.scz et amici cõuocati.locut⁹ est eis petrus
dicens. Vos scitis q̃ abominabile sit viro

iudeo accedere aut alienigenã. Sed ostendit mihi deus nullum hominez immundũ esse ppter qđ sine dubitatiõe veni accersitus. Interrogo ergo quã ob causam accersistis me Ad quẽ cornelius. Anudi⁹ quarta die orabam hora nona in domo mea. Et ecce vir stetit ante me in veste cãdida. zait. Corneli exaudita est oratio tua. et elemosine tue a deo accepte. mitte in ioppen. z accersi simonem qui cognominat petrus. et statim misi ad te. et tu bene feci sti veniendo. Nunc ergo omnes nos assumus in conspectu tuo pmpti obedire tibi in omnibus quecunqz pcepta sunt tibi a domino. Tunc petrus aperiens os suum dixit. Nunc in veritate comperi quoniã non est personaruz acceptor deus. nec discernit inter iudeos z gentes. sed in omni gente qui timet deum z operat iustitiam acceptus est illi. Vos scitis q iohannes pdicauit iesum a nazareth. scitis etiam q factum est verbum. id est pdicatio euangelij p vniuersam iudeam. incipiẽs a baptismo iohannis quo baptizatus est iesus. postea prosequens quomodo vnxit eum deus spiritu sancto z virtute qui ptransiit benefaciendo z sanando omnes a diabolo oppressos. Et nos testes sumus omniũ que fecit in regione iudeoruz. z q eum suspenderunt in ligno. et tercia die suscitatum a deo. Cuius nos testes sumus qui manducauimus et bibimus cum illo postqz resurrexit a mortuis. quibus precepit pdicare populo z testificari quia ipse ẽ qui constitutus est a deo patre iudex viuoz et mortuorum. quia pater dedit illi omne iudicium. Huic nos solum sed etiam omnes pphete illi testimoniũ perhibent. quia omnes p nomen eius remissionẽ peccatoz accipiũt qui credunt in eum.

¶ Q baptizauit cornelium et eos qui cum eo erant Ca. LIII

ADhuc loquente petro verba hec. cecidit spiritus sanctus. z descendit repente sup omnes q audiebant verbum. Utruz aũt in igneis linguis vel in alia specie visibili descẽderit incertũ est. Et obstupuerunt qui erant cuz petro fideles de circũcisione. quia etiam in nationes. id est in gentiles gratia spũssancti effusa est. Audiebant enĩ eos loquentes linguis z magnificantes deum. Tũc respondit petr⁹. Nũquid aquã quis pbibere potest vt nõ baptizẽtur hi qui spiritum sanctuz acceperunt sicut et nos. qđ maius est qz baptizari. Et iussit eos baptizari in nomine christi. subtiens formã baptismi a domino traditam p dilatatione nominis christi. In q nomine intelligitur ipse qui vnctus est. z pater a quo vnctus. et spũssanctus quo vnctus est. Tunc rogauerũt eum Et mansit rogatus cũ eis aliquot diebus. in quibus pmo creditur vsus fuisse cibis gentilium. Unde postea redargutus est. Dilatatumqz est vbiqz z delatum vsqz ad fratres q erant in iudea. quia gentes recepant vbum dei. Et hic fuit pmus transitus particularis apostoloz ad gentes in quo puersus est cornelius cum familia sua.

¶ Qũo redargut⁹ est petrus a christianis Ca. LIIII

QVm aũt ascendisset petrus hierosolimã. discebãt aduersus eum fideles de circũcisione dicentes. Quare introisti ad viros ppucium habentes. z manducasti cũ illis. quasi diceremt. In duob⁹ contra legẽ fecisti. quia intrasti ad eos. z qz cibis eoz cousus es. Tunc incipiens petr⁹ exposuit eis p ordinẽ oĩa za dõ sibi visionẽ. z qmõ apparuerat angel⁹ cornelio. Et in tota psecutõe ñ addidit nisi vnũ vbũ qđ dictũ est cornelio. Mitte z accersi simonẽ qui ꝓgnominat petrus. vbi addidit. q loquet tibi vba in qbus salu⁹ eris tu z vniuersa dom⁹ tua. Et ex eo qđ statim subdidit. cecidit spũssanct⁹ sup eos sic z sup nos ab initio. Intellexit q sup cornelũ z familiã suã descẽderit spũssanct⁹ in linguis igneis sicut descẽderat sup apl'os die pẽtecostes. Et tũc inqt recordatus sum verbi dñi quod nobis dixit

Iohannes quidē baptizauit aqua. vos aūt baptizabimini spūsancto. Videns hoc impletum in cornelio et in familia sua. Audita petri excusatione multiplici. desteterūt ab increpatione ei⁹. et gratias egerunt saluatori. et ita impleta est ppbetia iob. Ab aquilone veniet aurum. et ad deū formidolosa laudatio. Id est pro congelatione infidelitatis gētiles comparabiles aquiloni qui in tenebris erant. id est. in cecitate animi percipient lucem fidei. pro quarū illuminatōne dirigitur ad deum formidolosa laudatio. quia pro inopinata et repentina gentium conuersione fideles de iudea timentes glorificauerunt deum.

De continuatione historie. Capitulū. LV.

Nunc redit historia ad ordinem suū. Quod enī intersertū est de philipo petro ⁊ iohanne et paulo. postq̄z supra dictum est. igitur q̄ dispersi erant pertransibant euangelizantes verbum dei. quasi incidens fuit. Prosequitur ergo in hunc moduz. Et illi qui dispersi erant a tribulatione que inceperat a morte stephani pambulauerunt vsq; ad phenicez prouinciā sirie occidentalem et ciprum. nemini loquētes verbū nisi solis iudeis. Erāt autez quidā cum eis de cipro ⁊ cyrene. Qui cum introissent antiochiā loquebantur ad grecos. annūciantes dñm iesum. et erat manus dñi cum eis. Et multus numer⁹ credēs cum dicit beda. quia post reuelationem sindonis cepit ecclesia crescere. Vnde conicitur q̄ speciem sindonis vel linbei vidit petr⁹ in visione. cum alibi dicatur vas fuisse. alibi discus. Delatum est aūt ad aures ecclesie que erat hierosolimis de conuersione anthiocenorū. et volentes plene certificari. miserunt barnabā in anthiochiā. Qui cum venisset ⁊ uideret gratiam dñi. gauisus est et exhortatus est omnes. vt in pposito cordis manerēt in dño. qui erat vir bon⁹. plenus spūsancto et fide. Et dicit sup hunc locū rabanus. barnabam ideo multipliciter cōmendatum. ne putet pro indignatōe sua amisisse apostolatum. Et erat raban⁹ in ea opinione sm quā dr. barnabas ille sup quez plecta est sors cū matbia. postea tñ cuz paulo in apostolatuz elect⁹ est. Nos aliā sequimur opinionē. Videns aūt barnabas q̄ nō sufficeret ad erudiendā tantā multitudinē. venit tharsum. vt quereret saulū. et inuentū pduxit antiochiā et pannū quersati sūt tibi. et docuerūt turbā multā. Et tūc pmo sequaces xp̄iane religionis a christo capite denoīati sunt christiani. qui pus dicebant discipuli. et fuit institutio gentiliū satis elegans. Visum est enī incongruū et indecens gentilib⁹ ad fidem conuersis. seq̄ces christiane religionis cōmuni nomine censeri. Sed pon⁹ denominandos eē a noīe magistri. sicut in sectis philosophorū sequaces denoīabantur a nominib⁹ magistroz. vt ab epicuro epicuri. In bis aūt diebus superuenerūt prophete a bierosolimis antiochiā. Et surgens ex eis vn⁹ noīe agab⁹ ppbetauit p spūmsanctū famē futuram in vniuerso orbe terrarū. et maxime i iudea que facta est sub claudio scilicet quarto anno claudij.

De collecta pauperibus facta. Capitulum. LVI.

Hunc proposuerūt discipuli facere collectā. vt daret vnusquisq; p modulo sue facultatis. et mitterēt aliq̄d pauperib⁹ q̄ erant in bierusalez. q̄ venditis omnib⁹ posuerāt p̄cia ad pedes apl̄orū vt pmunirēt eos cōtra famem. Et tunc pmum facta est collecta in vsus pauperum que missa est p barnabam et paulum in bierusalem.

De morte iacobi minoris. Capitulū. LVII.

In tempore misit herodes rex man⁹ vt affligeret q̄sdam de ecclia. Occidit aūt iacobū frēm iohannis gladio. Ut autē intelligat locus iste de q̄ scz herode sit accipienduz. expedit ad tēp⁹ ptermittere bistoriā actuū apl̄orum. et plequi bistoriā romanoz impatorū.

Non est putandū hūc fuisse herodez tetrarchā qui cognoīatus est antipas. sed herodem agrippam. ille enī non fuit rex. sed tetrarcha. ille scz filius magni herodis qui consensit pilato de nece dñi. qui remisit eū ad pilatum indutū veste alba. qui iam deportatus fuerat in exilium viennā. et ibi mortuus est. Pilatus ergo mortuo iam erat. qui vt a pncipio huius historie pretaxatum est. anno. xix. imperij tiberij cesaris erat procurator iudee vitellio presidē sirie. et accusatus est in multis apud tiberiū. Accusatus est a iudeis de violenta innocentum interfectōne. Accusatus est etiam q iudeis reclamantibus ponebat imagines gentilium in templo. Accusatus est etiam quia pecuniam repositam in corbonan redegerat in vsus suos. inde faciens aqueductū in domū suam Et pbis omnibus deportat⁹ est in exilium lugduni vnde oriundus erat. vt ibi in opprobrium generis sui moreretur. Vide quia musac erat arcba in qua reponebantur donaria regū vel pncipum. corbonan in q̄ reponebantur donaria sacerdotum ad reficienda sartatecta templi. Gazophilacium in q̄ reponebantur donaria transeuntiū.

Quis fuerit substitutus procurator mortuo pilato. Capitulū. LVIII

Mortuo pilato substituit vitellius fratrem suū procuratorem iudee. Et volens placere iudeis satisfecit voluntati eoz in quibusdam. scz de amotione caipbe. et promotōe filij anne. quia ad petitionem eoz amouit caipbā a sacerdotio. et substituit filium anne q̄ iam mortuus erat. reddiditq; ei stolam scz illaz solennem z antiquam quam debebat habere sacerdos in potestate sua. vt ea vteretur i festiuis dieb⁹. Pilatus vero transtulerat eam in domū suam. et cum in festiuis dieb⁹ necessaria erat sacerdoti. non poterat eā habere nisi precio precedente. Tempore tiberij mortuus est philippus tetrarcha ituree z tra conitidis regionis. frater herodis tetrarche mortuus est etiam lysanias tetrarcha abilene. Et ita vacabant due tetrarchie. et aspirabat herodes agrippa ad alterā earū.

De proposito herodis agrippe. Capitulum. LIX.

Erat autem herodes agrippa vir magnanim⁹ et beli/cosus sed pauperrimus. nepos herodis tetrarche. et frater vroris eius herodiadis. Fuit enim filius aristoboli filij magni herodis. et ipa filia eius dez. Disposuit ergo venire romam. si forte posset impetrare a tyberio alteram tetrarchiam vacantiū Cumq; venisset romam videns eum tyberius militem strenuissimū retinuit euz secum. fecitq; adherere filio suo druso. cui iam in vita sua contradiderat imperium. Hec est iste drusus ille qui dormit moguntie. Erat autez herodes agrippa vir magne liberalitatis. et vt sibi conciliaret animos romanoz multa expendebat. et multis debitis se obligauerat. et vt tradit iosephus. non fuit homo in quo mutabilitas fortune adeo posset deprehēdi Primo in hoc male ei contigit. quia mortuus est drusus filius tyberij. de cuius morte adeo incōsolabiliter doluit tyberius. vt omnes a presentia sua amoueret qui familiariter adheserant druso. ne reducerent ei ad memoriam mortez eius. Et compulsus est herodes agrippa redire in iudeam. et desperās pre nimia paupertate intrauit turrim vt ibi afficeret se fame. et ita moreretur. Quod significauit vroz sua sorori ei⁹ herodiadi vxori herodis tetrarche. que supplicauit viro suo vt reuocaret eum a turri et daret ei necessaria. Et acquieuit ei et statuit eum in tiberiade. et ibi assignauit ei domū. et dedit ei necessaria vite. Et quadam die cum esset herodes tetrarcha in tiberiade. et epularetur. factus hilarior solito. quia incaluerat mero. cepit improperare herodi agrippe qui epulabat cum eo. beneficia que contulerat ei. scilz q̄ liberauerat eum a peste famis. Et doluit inde agrippa vltra modum. et disposuit iteruz redire ad tyberium. si forte inueniret animus eius immutatum. Et in reditu eius inuenit eum petronius vel tyberius. et honorifice receptus est ab eo. et venit cum eo romam.

Et cum haberet tyberi⁹ duos nepotes alterum de filio deuso. id est. tyberium. et alterū de fratre germanico. scilicet gaium. volebat sibi substituere filiuz filij. quia magis diligebat eum.

¶ De causa inuidie tiberij ⁊ herodis agrippe. Capitulum. LX.

HErodes ãt agrippa magis diligebat gaium. et familiarius adherebat ei. vnde sibi suscitauit indignationem tyberij latentem. quaz nondū ei indicabat. sed latens odiuz i corde reseruabat. Quadam autem die cū sederet agrippa in curzu suo cum gaio leuatis manibus in celum dicebat. Vtinam viderez mortem importuni senis. et te dominum totius orbis. qui idoneus es imperare vniuerso orbi. Hoc audiuit quispiã. scilicet auriga ipi⁹ agrippe. qui post aliquot dies cum damno rerum a grippe au fugiens. captus est et vinculatus. Et dum traberetur ad carcerem petijt duci ad imperatorem dicens. quia in aure loqueretur ei. quod esset ad eius vtilitatē. Et presentat⁹ est imperatori. et dixit ei cōsulto. quia sic optauerat agrippa mortem eius et dominiū gaij. Tiberius autem non multum curabat verba vinculatoz. et detrusus est ille in carcerem. Et cū sepe instaret agrippa vt iudicaretur et occideretur. respondit tyberius. Frater sufficit tibi q⁹ vinculat⁹ est. et ita differebat. Quia vt refert iosephus. in omnibus negocijs suis morosus erat. Unde cum statueret procuratores in prouincijs vix aut nunq̄z mutabat eos. Et cum sepius quesitum esset abeo. quare scilicet non mutaret procuratores. respondit. se in hoc parcere plebecule. Scientes enim procuratores se ad modicum habere procurationē. emungunt vsq̄z ad sanguinem. et tanto dominantur grauius quanto breuius. et qui recentes superueniunt. dissipant quicquid inuenūt. Quod ostendit eis exemplo cuiusdam vulnerati. qui cum iaceret in via. et non amoueret multitudinē muscarum a vulnere. superueniens alter putauit. q⁹ hoc obmitteret ex imbecillitate. et abegit muscas que operuerant vulnus. Ad quez ille. Male feciſti mihi. quia muſce quas amouiſti iã plene erãt sanguine et parcius molestabãt me. que autem recentes superuenient. acrius pungent me. Sic et procuratores vel officiales recenter substituti acrius deseuiunt in subditos.

¶ In quo herodes offendit tiberiū Capitulum. LXI.

CVm quadam die more solito incitaret agrippa tyberium vt traberetur auriga ei⁹ de carcere. respondit tyberius. idipsum ei nō expedire. cū in p̄sentia ip̄i⁹ vellz eum vinculat⁹ accusare. Et cū in nullo sibi consci⁹ esset agrippa. testat⁹ est se velle vt extraberetur et accusaret eum. Educt⁹ ille de carcere. arguit eum de crimine lese maiestatis. q̄a orauerat mortem imperatoris. Tunc ait tyberi⁹ carcerario. Liga bunc. Intellexit carcerari⁹ hoc preceptū esse de eo qui educt⁹ fuerat. et ligatum retrusit in carcerem. Quadam aũt die duz deambularet tyberi⁹ in ipodromio. id est. in circo equorū. ⁊ teneret agrippam per manū vocato carcerario dixit ei. Liga bunc. Et mirat⁹ est ille et vniuersi q⁹ preciperet agrippaz ligari. cum purpurat⁹ incederet. et q⁹ erat ō regio semine. Cum autem duceretur agrippa ad carcerem. patiebatur sitim intolerabilem. quia splēdide comederat. et forte occurrit ei portitor aque. et dedit ei bibere. Et post q̄z refocillatus est promisit ei. q⁹ in proximo remuneraret eum in regno gaij. confidens q⁹ in proximo gaius esset regnaturus. ⁊ positus est in carcerem. Et dum quadam die in carcere manens staret innix⁹ arbori cuius frondib⁹ insidebat bubo. accessit ad euz vn⁹ de concaptiuis. et locut⁹ est ei. Noli inquit estimare q⁹ adulando loquar tibi. cū sis concaptiu⁹ meus. Volo enim indicare tibi. qō indicauerunt mihi dij. Erat autem peritus in augurijs. Cito inquit liberaberis a carcere. et in tantum sublimaberis. vt etiam inuideant tibi omnes amici tui et noti. et in hac prosperitate morieris. relinquens bona tua filijs tuis. Quam cito autem hui⁹ generis

alitem videris amplius super te. scito quia quinta die morieris.

¶ Quo liberatus est herodes in morte tiberij. Capitulū. LXII.

Cum autem esset herodes in carcere. deferebat ei bonorem dns carceris. sciens eū esse virum nobilem et familiarez gaij. et sustinebat tanqz ignorans multas cōmoditates sibi fieri in carcere ab amicis suis. et fuit in carcere per sex menses. Postea cum esset tyberius apud campas cepit infirmari infirmitate qua postea mortuus est. Et si in cronicis alibi legatur mortuus. non est curandū vbi mortuus sit. Videns aūt se morturum. conuocatis nobilibus imperij sui z duobus nepotibus gaio et tyberio. statuit vt in crastino substitueret sibi successorem. Sed prius voluit consulere mentem deoz. et orauit deos suos vt intimarent ei quem nepotū suorum vellent ei substitui in imperio. Et statuit apud se. vt illum qui prius veniret ad euz in crastino constitueret imperatorem. vt ita quasi p sortez eligeret. et tamen significauit tyberio vt prioz veniret. Qui mane noluit venire nisi pransus. Et cum mitteret tyberius nuncios ad nepotes suos. non inuenerūt nisi gaium. Et venit gaius prioz ad tyberiū. Quem videns tyberius fleuit amare. dolens quia alter non venerat quez volebat substituere. quia tenerius eum diligebat. sed dissimulabat. Et locutus est ad eum tyberius. Fili tu succedes mihi in imperio quod potius debebat tyberio. quasi iure hereditario. tanqz filio filij. sed ego video te vtilem imperio. et noui mētes deoz. Caue ergo ne molestes eum. sed semp habeas eum tanqz fratrē. Tu tage vt negocia imperij sapienter disponas et exequias funeris mei imperiali bonore proficias. Et conuocatis nobilibus. denunciauit eum imperatorez. et mortuus est. Et statim aliquantulum insonuit fama in ciuitate romana de morte tyberij. et venit quidam hebreus amicus herodis a grippe ad carcerez. et hebraice dixit ei. Mortuus est leo. Et cepit a grippa mirabiliter gratulari. adeo vt quereret ab eo dominus carceris que esset causa tante exultationis. Et confessus est. quia ille significauerat ei hebraice mortem tiberij. Et statim dominus carceris liberauit eum. z statuit sibi collateralem in mensa. In crastino insonuerunt alij rumores. scz qd tyberius conualuerat. et tertia die romam venturus erat. Tunc arguit eum dominus carceris quia deceperat eum. timens ne in caput eius redundaret qd liberauit eum. et mirabiliter verberauit eum et retrusit eum in carcerem. Postea increpuerunt certi rumores d morte tyberij et substitutōe gaij. Et veīt gaius romā et sepeliuit tyberiuz honorifice. et ipa die voluit liberare agrippaz. sed disuasum est ei. ne videretur facta tyberij subito in irritum vel le reuocare. Postea per aliquot dies liberauit eum et sublimauit eum. et dedit ei duas tetrarchias scilz tetrarchiam philippi. q erat tetrarcha ituree et traconitidis regionis. et tetrarchiam lisanie. qui erat tetrarcha abilene. et imposuit ei diadema. et sublimatuz in regem remisit in iudeā. et inuiderunt ei omnes propinqui eius. etiam sozor eius herodias. que miserata fuit infelici. modo iuidit felici. precipue quia habebat nomen regis. q vir suus erat maior natu filius magni herodis. et nunqz meruit rex appellari. sed tetrarcha. Persuadebat itaqz viro suo de die in diem vt iret romam. et sata garet omnibus modis. vt sibi compararet nomen regis. Ille malebat esse in ocio. quia opulentus erat. vnde sepe vxor exaspata dicebat. Pereāt opes tue. quia magis diligis opes qz honores. Tandez victus instantia vxoris. iuit ad gaium cum magno apparatu. et ipa cum eo. et inuenerunt gaium baias. Herodes aūt agrippa qui presenserat qnō pro bono suo iret. disposuit ire post eos. sed premisit nuncium quendam familiarem suū et amicissimum gaio. per quem direxit epistolam gaio in qua continebatur. quia herodes tetrarcha etiaz viuente tyberio firmauerat amiciciam cuz rege paribozuz. vt esset rebellis romano imperio. et in argumentuz huius rei significauit ei. qz in ciuitatibus suis habebat arma q sufficerēt septuaginta milibus armatoz.

¶ Q̄ gaius mādauit statuam suaz erigi in tēplo. Capitulum. LXIII.

QVnqz uenisset herodes tetrarcha et berodias uxor sua ad gaium et satis honorifice accepisset eos. supuenit nūcius berodis agrippe. et porrexit epl̄am gaio ex parte berodis agrippe. Perlecta epistola. gaiꝰ q̄si aliunde recipiēs cepit inq̄rere de statu Rodis tetrarche. et inter cetera quesiuit ab eo. utrū in ciuitatibꝰ suis tante copia esset armoꝝ. quantā ipe audierat. et non negauit. Et tunc credēs gaius uerum esse quod significauerat ei berodes agrippa. relegauit eum in exiliū. uxor aūt sue quia erat soror berodis agrippe quē maxime diligebat. dedit libertatē redeundi vt haberet terram suā. Ipa aūt comitata est uirum in exiliū dicens. quia non dimitteret eum in aduersis. cui cōmunicauerat in prosperis. z deportati sunt in exiliū lugdunum vbi postea miſabiliter mortui sunt. Et dedit gaius galileam quam habuerat berodes tetrarcha berodi agrippe. et ita habuit tres tetrarchias. Fuit aūt gaius in initio imperij sui per biennium satis mā suetꝰ. postea euanuit coꝝ eiꝰ in elationem. et in tantam prorupit uesaniam. vt ab vniuersis hominibꝰ imperij sui uellet coli tanq̄z deꝰ. et dicebat se fratrem esse iouis. Vnde etiam filiam vnicam quam habuit ponebat inter genua iouis. vt ita quasi cōmunis vtriq̄z videretur. postq̄z egressa fuerat de genibus iouis. Iussit ergo imaginem suā per vniuersum imperiū suū vt omnes adorarent eum. et sic fecerūt omnes exceptis iudeis. Vnde cum in alexandria ciuitate orta esset seditio inter iudeos z gentiles. z uenisset vtraq̄z pars ante gaium vt discuteret controuersia. inter ceteras allegationes quas habuerunt gentiles ꝓtra iudeos. obiecerunt eis. quia deū suum quē cōmuniter omēs gentiles receperant. ipi inhonorabant. quia imaginē gaij nolebāt adorare. Et tunc ꝑmo sciuit gaius. quia iudei non adorabant imaginē suā. Significauit autē petronio p̄sidi sirie. vt statuam suaz poneret in templo in hierusalez vt facilius recipe rent eam in circumstantibus ciuitatibꝰ. Qz si forte iudei reclamarent. collectis romanis legionibus intraret iudeam. et nemini parceret manus eiꝰ. Collecto ergo exercitu ītrauit petronius iudeam. et uenerunt ad eum iudei de hierusalez cum amicis berodis agrippe. qui erant precordiales gaio. z supplicauerunt ei. ne ad hoc eos artaret. quia ꝑ̄ permitterent se occidi. et parabant iugulos. z dicebant. quia nunq̄z amplius colerent terram vt sic inedia affecti morerentur. Et respōdit petroniꝰ. non de consilio suo hoc processisse sed non audebat resistere mandato imperatoris. Videns tñ quia grauem iacturaz incurreret gaius. si amitteret tributa totius iudee. promisit quia opponeret se gaio pro eis et misit epl̄az suam gaio p̄ viros honoratos vt desisteret ab hoc mandato. Qui cum uenissent ad gaium non ausi sunt p̄sentare se conspectui eius. sed accesserunt ad berodez agrippam vt subueniret iudeis. quia vna de tetrarchijs suis scilicet galilea in iudea erat.

¶ De morte gaij imperatoris. Capitulum. LXIIII.

QVnc herodes intuitauit gaium in crastino. vt comederet cum eo. Et cū in crastino essz in conuiuio. ammiratus est delicias conuiuij. Et cepit memorari gaius quanta fuerat passus pro eo berodes. scz vincula tyberij. et alia multa. et p̄cepit ei vt peteret quicq̄d vellet. At ille respondit ei. sufficere sibi grāz suā Et cum ille instaret vt aliquid peteret. petijt ne poneret statuam suaz in templo in irlm. Et iratus est gaius. tñ ꝓsiderauit animo sita tem agrippe. qz noluerat petere opes vel honores acquieuit ei. et scp̄sit petronio in būc modū. Si nondū posita est statua in tēplo. non est necesse vt ponatur. Et sic nō ē posita eius statua in templo. Postea resipiscens gaius. rescp̄sit petronio in būc modū. Quia contempsisti mandatū imperatoris. z potiꝰ dilexisti munera iudeoꝝ. elige tibi genꝰ mortis quod vis. vt discant omnes non eē tutuz obuiare mandato imperatoris. Sed deo

procurante ita factū est vt prius audiret fa/
mā mortis ei⁹.q̄z videret nūcios bui⁹ legati
onis. Cum enīz esset rome.et rediret a ludis
circensib⁹.consilio senatoꝝ interfectus est a
duobus.et orta est in ciuitate dissensio inter
curiam et milites et populuz. Curia dicebāt
senatores et viri consulares.id est.q̄ de gene
re consulū.vel digni vt fierent ꝓsules. Quia
ergo viderant senatores seuiciā impatoris
et incōmoda q̄ inde contigerant reipublice.
voluerunt penit⁹ extirpare imperiū impera
toris ab vrbe.et voluerūt eaz redigere ad an
tiquū statum.in quo erat ante iulū cesarez
vt esset regimen ciuitatis in arbitrio consu/
lum et senatoꝝ. Econtra milites et populus
timentes auaritiā senatorū.et amantes do/
natiua imperatoꝝ.constituerūt impatorez
claudiū aunculū gaij.virum mansuetum
et pium.

¶ De eodē. Capitulū.LXV.

Hunc uenit herodes agrippa ad senatores.ducens
secum de nobiliorib⁹ qui erant in
curia.simulans se fauere parti eoꝝ.cum ha/
beret eos exosos ꝓpter mortem gaij. Consu
luit ergo eis.vt significarent claudio ne mo
ueret scisma in ciuitate.sed desisteret ab hoc
incepto. Et senatores rogauerūt herodem
vt pergeret cum eis ad claudium. Et ꝓfess⁹
est se libenter fungi hac legatione. Et miss⁹
est ad claudium cum aliis.z eis audientib⁹
dixit ei qđ dixerat coram senatoribus. q̄ vel/
let claudi⁹ desistere ab incepto. In aure aūt
dixit claudio vt nō desisteret ab incepto. q̄a
ipse satageret vt maioꝝ pars nobilium faue
ret parti eius. Et renunciauit senatorib⁹ q̄
nollet claudius desistere ab incepto.et cepit
eis ꝓsuadere ne contrarient.q̄a non possent
impedire. Et allexit quosdam et tandez om
nes.et ita sine contradictione factus ē clau/
dius imperator. Et ad persuasionem hero/
dis agrippe omēs occisi sunt qui cōsenserāt
in mortē gaij. Et petijt ab eo herodes agrip
pa vt decretū gaij de statua sua adorāda re/
uocaret in irritum.q̄ impiū erat. Et acquie
uit ei et ꝓcepit ei.vt ꝓpe reuocatōis p singu/
las ciuitates iudee poneret in loco eminēti
vt videret ab omnib⁹.

¶ Quō occiso iacobo voluit appre/ hendere petrū Capitulū.LXVI.

Postea voluit he/
rodes accipere licenciā a claudio
et redire ad ꝓpria.et tunc claudi⁹
dedit ei quartā tetrarchiā. scz iudeam.et ita
sublimatus redijt ad ꝓpria. Et venit primo
in iudeam.et honorifice suscept⁹ est a iudeis
q̄z in multis iuuerat eos. Et cum ꝓpe essent
dies azimoꝝ venit in hierusalem ante diem
festum vt purificaretur.et mund⁹ interesset
diei festo. Et ante dies azimoꝝ occidit iaco/
bum frēm iohannis.postea in dieb⁹ azimo/
rum videns q̄a placeret iudeis. apposuit vt
apprehenderet et petrū. De iacobo aūt refert
clemens alexandrinus.q̄z cum petrus⁹ esset
in carcerem.nocte cōuertit ad fidem custo/
dem suum.et in crastino confessus est se esse
christianū.et cum ambo traherent ad mar/
tirium.dixit iacobo. Pater da mihi remissi
onem. Et ille parum deliberans ait. Pax tu
bi. Et osculat⁹ est eum et simul ambo capite
truncati sunt. Petrū aūt apprehensum mi/
sit herodes in carcerem.q̄z in dieb⁹ azimoꝝ
nō licebat aliquem occidere.et preter custo/
des carceris tradidit eum custodiendū q̄/
tuoꝝ quaternionib⁹ militum.volens post pa
sca producere eū populo.vt ipe popul⁹ occi
deret eum.non ipe herodes vt iacobum.q̄a
magis videbatur eis gloriosum.si ipsi occi
derent eum.quia erat princeps apostoloꝝ.

¶ Quō liberat⁹ est petrus de manu herodis. Capitulum.LXVII.

Cum aūt in crasti/
no producturus⁹ eū esset herodes po
pulo.ipa nocte erat petr⁹ dormiēs
inter duos milites vinctus catenis duab⁹
q̄ adducrome esse dicūt.et custodes iacētes
ante ostiū custodiebāt carcerē. Et ecce ange
lus dñi astitit.et lumen refulsit in habitaclo
carceris.et miraculose factū est.vt sol⁹ petr⁹
videret lumē.percussoq̄z latere petri excitauit

